

gratiosè fuit dignatus: Spiritu in super prudentiæ infor-
mavit ita, ut id meditetur unicè, qui juvenus literaria,
liberaliter sustentata solerterque informata, in Dei lau-
dem; patriæ, reipublicæque Christianæ emolumentum,
lætè possit succrescere. Fausta eidem GENEROSISSIMO
NOSTRO PATRONO TOTIQUE ILLUSTRIS-
SIMÆ FAMILIÆ precamini; & quod votorum summa esse
potest, ὁμοθυμαδὸν acclamate: BARO SCHONAICH;
DEUS TE SERVET. Valet.



RODULPHUS
HABSBURGICUS,

PANEGYRICO HISTORICO CELEBRA-
TUS, ET NOTIS VARIIS, REGULIS
THEOLOGICIS, ETHICIS,
POLITICIS ILLU-
STRATUS

à
CASPARE DORNAVIO
PHILOS. ET MEDICO.

Editio altera, plurimum aucta
& correctæ.



BETHANIÆ AD ODERAM

JOHANNES DÖRFFERUS TYPOGRAPH.
SCHÖNAICH. EXSCRIBEBAT.



SERENISS^{mo} AC REVEREND^{mo}
 PRINCIPI AC DOMINO,
DN. CAROLO ARCHIDUCI
 AUSTRIÆ, DUCI BURGUNDIÆ, STYRIÆ,
 CARINTHIÆ, CARNIOLE,
 WIRTEMBERGÆ
 &c.

E P I S C O P O
BRIXIENS. ET VVRATISLA V. &c.
 COMITI HABSBURGI, TIROLIS
 GORICIÆ &c.

DOMINO MEO CLEMENTISSO.
 HOC SUBJECTIONIS
 MONUMENTUM
 OPPIGNORAT PERPETUUS DEBITOR
 L. M. Q.

CASPAR DORNAVIUS
 δεσπῆ καὶ χάρειν.



426430



ALLOQUIUM.

Ulm in quovis vitæ o-
 pere, tum maximè in civilis societatis
 commercio, in quemcunque se quis
 locum dederit,

*Pervarios usus artem experientia fecit,
 Exemplo monstrante viam.*

Atq; hæc ipsa experientia, ut peperit artem,
 ita eandem servat, nutrit, dirigit; non illa
 duntaxat, quæ nostra est; sed mutuatitia altera,
 quam illustri documento rerum gerenda-
 rum exhibet historia. Qua in re ut pleriq; con-
 spirant sententiis: ita vicissim opinionibus dis-
 sident non uni, qui subdubitant: utrùm ille
 thesaurus exemplorum promendus sit ex an-
 nalibus veterum; an ex rerum nostrarum pa-
 triæq; commentarijs. Equidem in promptu
 sunt, qui teneriter adeò in sinu fovēt gerunt-
 que in oculis antiquos; ut hos solos putent
 monumenta *μεγίστην τὴν Ἑλληνικὴν καὶ Ῥωμαϊκὴν* reli-
 quisse: nostræ gentis aut etiam superioris ævi
 scriptores superciliosè despiciant. Videtur

A 2

mih

Dionys. Ha-
lic. lib. 1.

mihī censorum istud genus in excel-
lentes viros, qui, fastidioso hoc contemptu po-
stremi temporis, privantur justo encomio suo,
quod ipsa virtus sibi deposcit. Videntur etiam,
Arbitri illi nimis illiberales, adversus Natu-
ram impij; quæ nec viribus delassata, nec ullo
seculo tam profligatæ & infestæ extitit invi-
diæ: quin viros excitaverit, quorum exempla
ad præclara facinora servirent posteris; in
hanc rem literarum monumentis incidenda.
Ex adverso se nobis offerunt; qui delicatè a-
deò consecantur suæ ætatis majorumque hi-
storias; ut has unas unicâq; ad prudentiam &
διδασκαλίαν ἀπέργον sufficere arbitrentur. Qui mi-
hi pueris quàm simillimi videntur; quo nomi-
ne & Græci insigniebantur: quòd nullam an-
tiquitatis memoriam habebant. Sapere ergo
rectiùs videntur & in rem suam & publicam;
qui historicos veteres, in quibus corroborata
quædã vis est ad res probè conficiendas, quasi
ἠδὲ ἀλλήλους cum recentioribus jungunt: ut

Diodor. Si-
cul. lib. 1.
Plato. in Ti-
mao.

Horas.

— alterius sic
Altera poscat opem res, & conjuret amice.
Neq; verò ita sum improvidus rerum æsti-
mator;

mator; ut approbandos censeam eos, qui no-
vitium qualemcunq; rumusculum, quocunq;
auctore, captant, admittunt, disseminant in
vulgus. Absit, ut intemperantes adeò abuta-
mur pretiosissimo thesauro; quale tempus esse
putamus. Vera ex annalib. replicentur, non
incrustedata figmentis: adferantur illustria, non
vilia; plena doctrinis, non inania, nulliusque
succis & floris exponantur: verbo, quæ & præ-
clara sint, & magnifica, & multimodis uti-
lia. Talia, si uspiam, in historia certè Austria-
ca tam luculento exstant splendore: ut qui ver-
borum malignitate detrahare illi velit, dignus
videatur, cujus fronti infelix litera jure meri-
toq; imprimatur. Ego sanè, pro vireculis meis,
periculum jam olim feci non domesticâ tantū
lectione meâ; sed publicitus quoq; signū stu-
dij mei extuli; quum ex infinita copia rerum
præclarissimarum, à Rodulpho Habsburgico
gestarum, plerasq; verborum compendio in
formam Panegyrici, ut poteram, concinna-
bam. Fuit hic libellus ita hinc inde distractus;
ut multorum vota secundas mihi curas impo-
suerint,

suerint, recognoscendi eum, amplificandi & novis quasi tessellis interpolandi. Feci hoc majori cum lubentia; quòd juxtà etiam suppeditaretur occasio, indicium faciendi; reliquos Cæsares ab hoc Rudolpho oriundos, eadem me culturâ styli producere in Famæ campum laborare; quosdam etiã adfectos habere. Quò minus enim præstare illud potuerim hæcenus; ut pollicitum me esse memini; varia rerum mearum vicissitudo, cujus hoc loco non est ut telam retexam, moras injecit. SERENITATI autem VESTRÆ cur inscribam hanc opellam nostram; non puto necessum esse, ut altâ repetitione vel causas vel occasiones commemorare aggrediar. Posteris quippe nepotibusque debentur, hæreditatis jure, non modò fundi majorum; sed ipsæ quoque eorundem virtutes, virtutumque quasi elenchi & syllabi. Talis hic noster est Rudolphus, in quo non modò cernere datur SERENITATIS VESTRÆ quæ vis sit atque natura Heroicæ indolis; quibus virtutibus res maximæ, quæ domi, quæ foris conficiantur prosperè; sed nimirum Teipsum

Prin-

PRINCEPS SERENITATIS, quasi in speculo unâ eademque operâ contemplari poteris. Tot enim virtutes, tamque divinos ad illustrissimam facinora impetus, cum Potentissimæ Gentis Vestræ Auspice, communes habes, Augusti: Archidux; ut Natura in formanda SERENITATE VESTRÆ pari conatu, ad miniculis ipsdem, quibus in Rudolpho, usa fuisse videatur. Isto spectaculo nullum, non dico fingi, sed ne optari quidem amœnius potest; quam gentiles sequi vestigia majorum suorum, qui quidem recto tramite præcesserint: non exemplo inertis vulgi; quod sequitur: at minime, quæ eundem; sed quæ itur. Fieri autem illud, quod dixi, ab SERENITATE VESTRÆ res loquitur; ipsaque jam bona fama disseminavit in orbis terræ memoriam sempiternam. In primis SERENITATIS VESTRÆ singularem, prudentiâ, tum eloquentiæ gravitatem ex variarum & rerum & linguarum usu; addo morum majestatem, cum amabili temperantia pulchritudine atque etiam doctrinâ liberalissimâ; ego, nuper sequutus
Illustrem

Illustrem Patrōnū meum BARONEM SCHÖN-
 AICHUM, his oculis auribusq; meis cum ad-
 miratione, juxtā & veneratione usurpavi,
 quum in conclave interius SEREN^{tis} V^{rae} gra-
 tiosissimā voluntate, admitterer. Obhærent
 adhuc animo quos tum sermones hausi, sapiē-
 tiæ testes locupletissimos, & animi virtutibus,
 ut cum Platone dicā, gravidi. Quoniam verò
 de clementia Vestra confidenter mihi pollice-
 or mitissima quæq; & benigniss^a securus sum
 animi, dicam etiam certus: SEREN^m V^{ram} gra-
 tioso, hoc est, Austriaco vultu animoq; hunc
 meum libellum, meq; adeò ipsum manibus
 Tutelarib. suscepturam esse. Quod ut faciat,
 ita rogo supplici demissione animi; ut DEUM
 unā adorem, quā condecet, pietate atq; sancti-
 moniā; largiatur SEREN^{tis} V^{rae} omnia, quæ
 provehendis dignitatibus, quæ continuandæ
 felicitati in hâc vitâ, quæ consequendæ bea-
 titati in altera illa servire queant. Bethaniæ
 ad Oderam Non. Jun. an. c. d. cxvii.

Illustris
 Illustris
 Illustris



Quanquam in hoc va-
 riabili mundi orbe, nihil dici aut
 reperiri potest: quod non ab im-
 mutabili sapientissimi opificis mente & co-
 gnoscatur, & dirigatur: maximè tamen illa
 divinæ providentię vim quandam spargit in
 eos; qui Rebusp. cum imperio præesse, &
 principū sustinere dignitates debent. Cum
 enim, ut Deus orbem terrarum, qui ma-
 gna quædam civitas est; sic princeps civita-
 tem, quæ orbis est civium, regat: Dei ipsi-
 us gerat personam, præstet operas vicarias:
 nemini videri iniquū debet, aut absurdum:
 tantò Deum vigilantiori curâ pro salute
 Principum excubare: quantò inter hunc &
 illum propior est similitudo, officiorum ad-
 finitas, & miranda conspiratio. Hæc ipsa
 tum illustri semper documento patet, quo-
 vis loco, quacunq; tempestate seculi: tum
 potissimum, quoties novum aliquem ex-
 citari populi rectorem, honestas postulat
 necessitas flagitat. Nimirum, hac rerum se-

*Non dirigit
 tantum Deus
 omnia, quo
 quo tempore,
 ad plenam &
 absolutâ uni-
 versi harmo-
 niam: verum-
 etiâ singulari
 curator, con-
 servator, me-
 dicus est. Cy-
 rillus lib. 2. ad
 vers. Julian.
 ex Porphy.*

*εικὼς δὲ βα-
 σιλέως ἐστὶν
 ἡ ψυχὴ
 958. Anima-
 ta imago Rex
 putantus est
 Dei. Menand.
 Princeps ima-
 go Dei est, &
 imaginē Dei
 gubernat. Na-
 zian. orat. 18.*

A offerente

*Dei iudicia
occulta sunt
multa; iniusta
nulla. August.
lib. 20. civit.
6. 2.*

offerente facie, tam est mirabilis sæpenu-
merò Deus, tam reconditæ voluntatis: ut
dum hos vocat ad principatum, illos præte-
rit, sapientiam ejus mirari liceat: rimari au-
tem consilia nec possis per imbecillitatem,
nec per religionem debeas. Non ibo repeti-
tum ex Saturni seculo ea, quæ veritati lucē
adferant: quælibet mundi ætas Heroes par-
turit, & ingenia: spirantiaq; nobis ante ocu-
los versantur exempla AUSTRIÆ Ædomus:
quæ cum omni seculorum gloriâ certare:
quid dico certare? quæ superare potest fata-
lem omnium principum majestatem, splen-
dorem, incrementa: & quod palmarium est
nostri instituti, principium incomparabile.
Planè quod gemmarum nobilissimo ada-
manti accidit: totum illud de origine poten-
tissimæ hujus familiæ dici aptissimè potest.

*Continua est
rebus genera-
tio & corru-
ptio Arist. de
gener. & corr.
lib. 2. c. 10.*

Nam ut illum, magnitudine si fuerit insigni,
expolias pulcrè, tersè lævigas, formes affa-
brè; ejusdem generis lapillos non unos ac-
commodare, atterere quoque necesse ha-
bes. Similima est cum hac familiâ ratio.
Cum enim Rex Regum sapientissimus eve-
here

*Anton. Me-
nin. in paneg.*

here illam constituisset: ut quasi sidus ali-
quod primæ magnitudinis terrarum, orbi
faciem præferret: plurimas interire oportuit,
easq; minores hinc inde familias: ut ex
illarum corruptione, hujus generatio tanta,
tamquæ invidenda sequeretur. Beatum verò,
atque optabilem occasum, ex quo tam divinus
oriens! interitum minimè poenitendum,
ex quo tam secunda, tam fœcunda populorum
salus provehitur. Atque ut hæc omnia in
animorum nostrorum recessus influere possint
faciliùs: credo ego, in nullo argumento
digniori, cogitationes defigi nostras com-
modiùs posse: quàm si originem laudatissimorum
Austriacorum, ex ipso parente, DIVO RUDOL-
PHO, ejusque præclaris facinoribus, altio-
ri mentis indagine repetamus. Sic enim, &
quod pietatis est nostræ, persolvemus meri-
tò: & ad agnitionem concessi muneris in-
flammabimur: cum alioqui, & ipsissimi
Dei beneficia, nisi recolantur frequenti
prædicatione, situm quasi in mentibus
nostris

*Augescunt a-
lia gentes, alia
minuuntur.
Lucret.*

*Ἐνεὶον ἔτα-
χον χάρις.
Nihil citius
senescit gra-
tiâ. Aristot.
apud Laert.
lib. 5. cap. 1.*

4 RODULH. HABSBURG.
 nostris contrahant, & oblivione exitiali
 obterantur. Dum ergo Mercurii virgulâ,
 hoc est, stylo meo atq; oratione Rodulphū
 Habsburgicum refingere, & ceu redivivum
 proponere conor: quæso, ne sit grave auri-
 bus vestris, in campo me spaciofo, juxta &
 specioso decurrentem, aurâ vestræ atten-
 tionis prosequi. Non deprecaturus sum;
 ut dictionem meam, ingenio parum, pa-
 rum amicis gratiis aut veneribus elabora-
 tam, favore vestro leniatis. Ubi enim per se
 rerum adfulget splendor, eminet dignitas,
 apparet majestas: non opus esse judico, nec
 eloquij cerusâ quadam, nec verborum ul-
 lo mangonio. Agite ergo; faciamus, quod
 facimus: & Rodolphum à primis incunabu-
 lis, usq; ad extremum vitæ actum contem-
 plemur: sed breviter; quod in hac immen-
 sitate non minús gratum, quàm necesse vi-
 deri debet. Atq; ut inde vela faciam; nemo
 tam erit monstrofo ingenio: qui Rodulphū,
 blitæ instar, aut fungi è terra germinasse, no-
 vum hominem arbitretur: cujus a vitæ gen-
 tis gloria, tot monumentis incisa & decora-
 ta

*Quæ cognita
 sunt ab omni-
 bus, verborum
 ornamenta
 non querunt.
 Cic. pro Clu-
 ent.*

PANEGTR. HISTORIC. 5
 ta proditur. Equidem non eâ feror ferveoq;
 audaciâ ut familiæ Habsburgicæ progeniē
 ex ipsâ arcâ Noæ petere; & à Chamo [quod
 Maximilano improbatū fuit, ut maximè]
 aut Japeto per seriē quandâ pomposam, re-
 censere ad Trojanum usque Priamum: aut
 ab eo, ad nescio quem Antonium Sugam-
 brorum regulum extendere ausim. Quam
 enim est vanitatis plenum, & ineptæ adula-
 tionis: principis venari gratiam, tam altâ
 sanguinis sui repetitione: cujus non nisi fi-
 culnea adstruere firmamenta possis! Alii in
 eo sibi placeant; quòd ex C. Julii Cæsaris; alii
 quòd ex Scipionum gente deducere sibi e-
 andem gentem videantur. Agnosco etiam
 eorum placendi studium potiùs, quàm ve-
 ritatis: qui originem tantæ stirpis ad Petri-
 Leones referunt, Aventini montis comi-
 tes: eâ forsan abrepti opinione: extra Ro-
 mam non esse dignitatē ullam, aut magnifi-
 centiam: Romæ tantùm ex auro Deum cre-
 asse homines: alibi ex ferro, aut vili luto. Ne-
 que etiâ in eo mihi adeò laborandum vide-
 tur: quasi à Francorum regibus & ipso adeò

*Nullus nō Rex
 ex servis; &
 nullus nō ser-
 vus aliquan-
 do ex Regibus
 oriūdu Platō.*

*Non sunt ma-
 gna, quæ ex
 parvis nō sur-
 rexerunt. Se-
 nec.*

*Illud per quod
 bene est in ho-
 mine, non in
 loco est. Senec.
 de rerum for-
 tuna.*

*Wolffg. an
 Gebwiler
 Hunibald
 Monacho*

Joan. Sta

*Michael
 zinger.*

*Albertus
 Bonstette
 Albert. A
 tinen. Ve*

*terranus.
 ronym. R
 us. Rich
 Rantchin
 Joan. Na*

*rus. Tho
 Bozius. P
 que voca
 Perleone
 Ioann. Tr*

*mius. Jac
 Manlius.
 Stabius.
 dist. Sa
 hemius.*

Pharamundo hoc lumen nobis adfulserit:

*l. Sund-
mius.
Fg. angus
us. Ei-
inger.
rdus de
oo.
acif. Guil-
n. lib. 1.
chur. c. 4.
na nobis
a plus a-
lacent.
ian. ex
Mimo.*

cum & dubiis planè conflictentur inter se-
sententiis, qui commemorant: & tempora
illa, in quæ auctorem hujus gentis, vel
Sigebertum, vel Odebertum ejus patrem
includunt, non reges tulerint; sed regum
portenta ac monstra abortiverint. Ita ple-
runq; fit; ut, dum peregrinitatem vena-
mur, domestica fastidimus; nec ornamentis
adeò, nec commodis nostris, ut par foret,
consulere possimus. Satis opinor esse laudis,
atq; ita reputo: nihil fuisse Rodulpho ad na-
scendum gloriosius, nihil ad vivendum illu-
strius: quàm à quingentis ferè annis, nume-
rasse jam tū fortissimos majores à Comitib.
Altenburgi, Alsatiæ & Brisiacæ Landgraviis.
In laude enim quidni ponatur singulari? si
credamus, fuisse illos laudatissimas propa-
gines ex antiquâ Suevorum stirpe: aut,
quod vim veritati minimè adhibet, ex gen-
te Helvetiorum: qui, teste Julio Cæsare,
reliquos Gallos virtute semper præcede-
bant. An confidentiùs hæc dicere videor?
At patet, in promptu est, tenetur: horum

*ma apud
n nobili-
t, clarū
irtutib9.
on.*

Guilliman. l. 6.

*Cæs. lib. 1. bell.
Gall.
Tacit. lib. 1.
Hist.
Flor. lib. 3 c. 10.
Oros. lib. 6. c. 7.*

præ-

*Guillim. l. 2. c.
1. Habsburg.*

prædecessores Vindonissam tenuisse, urbem
provinciae Sequanorū Maximæ: quæ cum o-
lim nulla Germaniæ civitas, neq; loci genio,
neq; felicitate situs, neq; ubertate soli certa-
re potuit. Equidè fatendū est, quod obscu-
rari non potest: urbē hanc, trium Helvetiæ
fluminum coitu nobilitatam, Arulæ, Ursæ,
Lindemagi, sub Diocletiano & Maximinia-
no talem esse periodū expertam, quæ fatalis
esse rebus cunctis sub globo Lunæ, civitatib.
maximè solet. Sed & hoc non minùs verifi-
mili traditur indicio: eversam illā restituisse
Constantinū Cæsarem; non in urbē magni-
ficam; sed castrū tamen nobile: quod vetus
deinde, sermone vernaculo Altenburgū fuit
nuncupatū. Hoc illud est castrū; unde gen-
tilitium nomen Altenburgi comites mu-
tuati sunt: quod & usurparunt splendidè,
& dignis defenderunt tropeis gloriæ: donec
tempus, quod omnia mutat, etiam nomina
cum rebus, voluntates illorum ad agnomi-
nationē aliam traduxit. Posteaquam enim
Rathbotus, Verneris fratris sumtu, pater-
no in solo ædificaverat arcem, miti colle

*Human-
rerum c-
tus est: q-
ratus, s-
eosidem
natos et
finit. H-
lib. 1.*

*Mors etiā sa-
xis, nomini-
busquē venit.
Aulon. epigr.
34.*

*Ferè om-
Rapa*

prope

prope Arulam: Habsburgum eam dixerat;
 sive ab accipitre, sive ab habendo: quòd Plerique ab accipitre hæc bich derivât. Guillimannus ab habentia l. 4. c. 2. ex Ge- rar. de Roo. Volaterran. putat Aven- burgum, quasi avendi oppi- dū, quod po- stea Abesbur- gum dictum. Anthropol. lib. 23.
 Vernerus eò habentiam suam conferre de-
 creverat. Ab eo se Altenburgici, deinceps
 Habsburgienses dicere comites cæperunt:
 ignari tùm, ut arbitror; quantum & quàm
 excelsum Honoris templum, ad immorta-
 litatem exstruxissent. Quâ verò id ponen-
 dum in religione, quâ fatali sanctimoniâ
 Vernerus, qui primò hoc nomen publicis
 nobilitavit instrumentis, monumentis;
 quanquam feri tum ferreiq; seculi erant
 mores, pij tamen cognomine insignitus
 fuit. Ores, ad omne ævum, commenda-
 tione omnium transferanda! Pietate quæ
 fundantur domus, familiæ, nomina; ea
 demum in seculum ibunt: nec obsolescent
 ætate: perinde atq; cedrus, si oleo perun-
 gatur, nec tineas sentire, nec cariem solet.
 Atq; ut ad Rodulphum accedamus propi-
 us; longum foret, si avos illius, si proavos,
 abavos, atavos, Rodulphos, Ottones, Rath-
 botos, Guotramos dignis efferre laudib.
 velleni. Patrem habuit Adelbertum; in
 quo,

*La vis ma-
 neta ve-
 ff. Senec.
 est.
 nia pro-
 a eveniūt
 ntibus de-
 adversa
 nentibus.
 l. 5.*

quo, tanquam exemplo vestigia propone-
 bantur viri principis: fides in pactis, ardor in
 religione, erga patriam amor; studium verò
 tuendi Ecclesiam à barbaris tantum: ut in
 Syriam trajiciens, sub Friderici Cæsaris au-
 spicijs, ibidē aut inter labores, & aeris inso-
 lentiam morbo exspiraverit: aut prælio,
 quod tanto Heroi tribuam potiùs, fortissi-
 mam animam Deo transmiserit; cor-
 pore ad Accaronem sepulto. Magna hæc
 sunt verè; sed nescio, an hæc omnia su-
 perarit, variarum rerum, & divinarum &
 humanarum in illo scientia. Tàm enim in
 illustri eam omnibus proposuit loco; ut Sa-
 pientis nomen promeruerit: quo quidem,
 si cum pietate fuerit conjunctum, nullum
 augustius nomen, dixerim penè numen, ex-
 cogitari potest. Hæc est Principi potior or-
 ci galeâ; quia machinationes fraudesq; pra-
 vorum aperit: hæc pro Mercuri harpe; quia
 fibras vitiorum radicitus extirpat: hæc Pal-
 ladis lanceâ acutior; quia gigantes confodit,
 puto pravos animi adfectus. Felicem ergo
 propè est, quin exclamem iterum) felicem,

*Prima docens
 reum sapi-
 entia. Juven.
 sat. 13.*

*Sapientia ars
 vivendi put-
 da est. Cic. 1.
 de finib.*

*Sua cuiq; pru-
 dentia Deus
 est. Panegyri.
 Constant.*

*plurima fe-
 lix Paulatim
 vitia, atq; er-
 rores exuit o-
 mnes.*

quem sapientiæ patris hæredem esse contigit! felicior, si accesserit matris generosus spiritus. Talem vis divina infuderat Rodulphi matri; quam vel ipsa in vidia prædicabat matronarum decus; Heilvvigem, ex Kiburgiorum Comitum familiâ perillustri. Degenerant multi à parentum virtute, non infiteor: fiunt noxæ quandoq; Heroum liberi, & naturæ errores, educationis vitio; aut assuetudinis: non refragor impudentiis. Certum est tamen, quod dissimulari non debet: ex parentum semine, frequenti naturæ solennitate, non modò illud abire in sobolem; quod ex elementorum emergit temperie: sed divinius quiddam & nullius elementi particeps, virtutum seminaria, rerumque formas in sensuum instrumentis defixas. Non disputabo hoc lentè; ut fieri solet, sine exemplorum appositione. Unus Rodulphus fidem faciet; in quamcunq; se dederit partem; quocunq; tandem ætatis articulo, etiam à primis incurabilis. Primò enim sic statuo; quos divina providentia ad alta fastigia destinavit: in illis nihil

Aliis Hedwigis, Pantaleo vocat Ithæ Comitè à Psulendorff & Brengantiâ Part. 2. de vir. illust. αὐδραὶν ἡρώων τένονα τῆματα Herou filii noxæ.

Βελτίος εἶδος ἐν ἑσπέρων: εὐγένεια γὰρ ἐστὶν ἀρετῆ γένος.

Verosimile est, eos qui ex melioribus nati sunt, esse meliores: nobilitas n. generis virtus est. Arist. l. 3. polit. c. 13.

hil à puero conspici, quod parvum, aut exigile, aut popolare, aut negligendum videri debeat. Rodulphus, cum in lucem esset editus, Calendis Mal, qui dies & Ottoni IV. Cæsari, ab omnibus derelicto, & Berchtoldo 7 aringensium Duci emortualis erat: ad est Fridericus Cæsar, Tigurum sub imperij tutelam recepturus. Is Rodulphum in viciniam suscipit ex fonte lustrico: ignarus, quantum suæ fidei crederetur pignus, quantum ex tenello hoc corpusculo emergeret Atlas, humeris suis gravissimum imperij onus suscepturus. Accessit hujus rei indicium alterum, planè fatale, quod dulcissimum Rodulfi, an Radhulfi nomen à consilio & auxilio obtinuit. Quis enim illo sapientius dedit consilium? quis auxilium fortius attulit ad exanimatas tum Respublicas? Providos verò, ajo, & hujus, & Principum aliorum parentes: qui, ad Socratis monitum, speciosa nomina pueris imponunt: ut quoties illorum subit mentio; toties quasi experrecti, de virtute cogitent, quam significant: & perpe-

Cursus ætatis non est sperandus in festinatione virtutis Plin. panegy.

Ann. Christi c. 13 c. 118 Cuspinian. a. V. Kl. Mal. ex eo Pantaleo Gignit Vr HabsbVrgV. VIVA CI. RoDoLphVs. EX terris Quasi V. qVa fVgle Otto Dic.

Rudolphus quasi Ratibulffe.

Conveniente rebus nomina sapè suis.

perpetuum secum virtutis calcar circumge-
stent. Non immorabor diu, circa Augusti
hujus vel incunabula, vel crepundia: cum
res ætatis grandioris tot tantæque aliò vo-
cent, & quasi absorbeant orationem meam.
Quamvis & pueritia ejus ita fuerit traducta;
ut neque animus patrii amoris teneritudi-
ne fuerit enervatus; nec mollitus nutricum
blanditiis; nec efferatus illecebris licentiæ;
multorum illustrium more exitiali: quorū
liberi, antequam sciant esse vitia, vitiis infi-

*Maturè à re-
ctis in vitia, à
vitiis in pra-
va; à pravis
in precipitia
pervenitur.
Patercul. l. 2.*

*Disce à peri-
tis; sequere
optimos. Ta-
cit. vit. Agric.*

ciuntur. Cogitabant ergo parentes & opti-
mi & sapientissimi: in materno semper gre-
mio amplexuque hærentem, nihil aut me-
ditari, aut conari dignum cœlesti spiritu
posse. Adducti enim eo, quod suadet pru-
dentia: filium, exactis pueritiæ annis, in the-
atrum virtutis, sapientiæ palæstram, tem-
plum sanctitatis, amplitudinis, mentis, con-
silio publici miserunt. Quid me putatis di-
cere? Friderici Cæsaris aulam intelligo.
Non ibi Rodulpho, quod Vitellio accidit:
qui primam adolescentiam inter Tiberi-

*Quintil. lib. 1.
c. 2. & Dial. de
orat.*

*Sueton. in vi-
ra cap. 3.*

pudentiæ

pudentiæ: ut jure vitam probrosam exitu
infami terminarit. In scholâ suâ aulicâ Ro-
dolphus adeò libravit elegantissimæ indolis
vires: ut æquales antecelleret omnes inge-
nio, morum dexteritate, ausim etiam dice-

*Ingenium cœ-
lestè suis vel-
citus annis
Exit, & igna-
va fert malè
damna mora.
Ovid.*

*Arist. l. 7. po-
lit. c. 14.*

re gravitate atque autoritate. Etsi enim
hæc rarò in luxuriantem cadit adolescenti-
am; frequentior apud eos, qui annis sunt
grandiores: & vel longâ sapientiâ, vel mul-
tâ virtute, vel felicitate favorabili compa-
randa: est tamen quædam in hominibus in-
clinatio; quâ Deus illorum animos tangit
flectitq; ad singularem erga juvenes reve-
rentiam. Talis nimirum, post Salomo-
nem, & Alexandrum Magnum aut Rodul-
pho contigit; aut ex mortalium nume-
ro paucissimis. An illud non singulari ad-
scribam divini Numinis operi? Vix poterat
per ætatem ferre arma; cum tantam de se
excitaret opinionem; ut illi quotiescunque
Cæsarem convenienti, proceres militaris
ordinis adsurgerent, loco cederent: tota
Cæsaris nobilitas ad manus illius osculum
perveniret. Credo ego; & quemadmodum

*Plus valet
umbra senis,
quàm gladius
juvenis Bal-
dus I. C.*

*Mulsi anti-
quorum tem-
pora praveni-
unt meritis:
& quod deest
ætat, virtuti-
bus compen-
sant. Bernb.*

B 3 opinor

opinor, haud erro errorem: plurimum illi conciliaſſe gratiæ, dignitatē corporis: quod ſpecie eminebat decorā, formā quadratā, ſtaturā ſeptem pedum, capillis minimē denſis, capite haud magno, naſo inſigni-

tum aquilino: quem in Perſarum regibus ſapientiæ notam, & ceu hederam bonæ mentis à naturā ſuſpenſam eſſe iudicabant.

Largior equidem hoc, & cum lubentiā largior illis, qui contendunt: excellentem ſæpè animam, quod de Socrate quiſpiam dixit, deforme hoſpitiū nanciſci: cum virtutes non in fronte, ſed in mente ſedcant.

Idem tamen & hoc viciffim mihi dari po-

ſtulo: naturā nobis datum eſſe, ut de cœlo plus trahere arbitremur, quorum anguſta fuerit ſpecies: ex adverſo contemptui apud nos ſint, qui turpi ſunt corpore, & notis genitivis deformati. Jā verò Rodolphus, ſemel ingreſſus hoc virtutis ſtadium, ita illud de-

currit; ita Heroici motus in nervum eruperunt: ut in terra ſancta contra Chriſtiani nominis hoſtes, aliisq̄ue Friderici bellis exercitatus, ætatem fortitudine, annos prudentiā,

regium

Raram facit mixturā cum ſapientia forma Petron. Arbit.

Poteſt ex ea ſa vir magnus exire: poteſt & ex deſormi humilique corpuculo formoſus animus ac magnus.

Sen. epiſt. 66.

Cujus facies deſormis eſt, vix poteſt habere bonos mores. Grati-an. ex Auguſtino.

Porphyr. in prædicab.

Laz. geneal. Auſtr. l. 1. c. 21.

regium decus factis antevertiſſe videretur.

Neq; verò id cuiquam videri mirum debet:

tantum in illo potuiſſe diſciplinam, cum exercitatione conjunctam; quantum ea in cæteris rebus omnibus præſtare ſolet. Quid

non in arbuſculis, quibus ſimilimum eſt ingenium humanum, effingit hortuſalorum industria? Principum viridaria, quod ſatis eſt, teſtantur: in quibus ad mentem manum-

que hominis conſitæ laurus, buxus, hederæ, nardus, myrtus mille formis animantium caſtellorum, aliarumq; rerum, quā naturā quā arte factarum, miro ſpectaculo effinguntur. Et quiſquam dubitabit; in Rodolpho

ad rem militarem, nihil potuiſſe diſciplinam à puero; nihil tam præclarum militiæ magi-

ſtrum! Quid Alexandrum, annos undeviginti natum, ad bellorum acuit ſtupendam felicitatem? tyrocinium ſub Philippo

Imperatore & patre optimo. Quid Han-

ſibali profuit; ut plurimorum Imperatorum gloriam non modò æquaverit, calliditate, ſed anteiverit industria? tyrocinium ſub patre Amilcare,

cum eſſet

Vita humana proprie uti ferrum eſt: ferrum ſi exerceas, cõteritur: ſi non exerceas; tamē rubigo inferſcit: item homines exercendo con-

teritur: ſi nihil exerceas inertia atq; tor-

pedo plus detrimenti adfert, quā exercitatio. Gell. l. 11. c. 2.

Paucos viros fortes natura

procreat: bona inſtitutione plures reddit industria. Veget. lib. 3. de re milit. c. 26.

Emil. Prob. in vi. a. Liv. lib. 21.

esset peradolescens. Quid Scipionem adeo Plut. invita.
animavit armavitque; ut à devicta Africa
cognomen sibi invenerit? tyrocinium sub
patre, anno ætatis septimo & decimo depo-
situm. Quid Pompejum in celeberrimo Cic. pro leg.
Manil.
rum Ducum numerum retulit? tyrocini-
um, sub Patre, summo Imperatore, in ex-
trema pueritia. Meritò idem Rodulpho
accidit commodo atque ornamento, sub
patre suo Iuliano, Friderico: rebus Syriacis
clarissimo; intestinis quoque Gibellino-
rum atque Guelphorum dissensionibus diu
multumque jactato. Rodulphus tam amplo
virtutis campo, magis magisque in sui amo-
rem ceu philtro pertrahebat omnes, sum-
mos, infimos, medioximos, ipsum etiam
Cæsarem, à quo, meritissimo suo, in Eque-
strem Ordinem, solemnè inauguratione in-
vitatus juxtà & adscriptus fuit. Quàm enim Cuspinian. ex
quibusd. M. S.
est illud præclarum testimonium hominis,
rei Mathematicæ, ut ipse Cæsar, insigniter
periti: Astrologiæ autem, quæ de hominū
futuris eventibus decernit, per quàm gnari-
s Rodulphum, mirum est, quàm in oculis
habuerit,

*Quis placere
potest, cui nō
placet virtus?
Senec. ep. 28.*

habuerit, in delitijs, in animo. Hunc præ-
sentem sequebatur; hunc somniabat, hunc Verus amor
nullum novum
habere modum
Propert.
cogitabat absentem: quid multa? hunc ve-
nerabatur, non quasi aliquem humano ge-
neratum seminio; sed cœlo delapsum. In-
terrogatus ab ipso Cæsare; quid Comitem
pauperem (ita loquebatur) tanto dignare-
tur adfectu; sine fuco, sine fallacijs ait: Vi-
dere se hunc adolescentem, extinctâ Frideri-
ci sobole, rerum potiturum: & cujus jam
nomen apud paucos inclaruisset, in sempi-
ternam orbis terræ memoriam sparsum iri.
Turbabat equidem præfagium hoc Frideri-
cum; ut fieri solet, prolixâ fortunâ alijs de-
nuntiata & jam efflorescente. Verùm ec-
quod oraculum hac voce verius unquam
fuit, aut esse potuit? Inde ego sic inducor,
ut credam: magnarum rerum conversio-
nes vicesque inditijs prodi antè, quàm fieri Fata regum
orbem: cert.
stant omnia
lege: Longa
per certos si-
gnantur tem-
pora cursus.
Manil. 4. A-
stronom.
videantur: sive illa fata, ex Platonis mente,
cœlo inscripta sint, tanquam libro: sive ex
ingeniorum natura, studijs, actionibus ho-
minum conjiciantur: quod ego non minùs
piè, quàm modestè credi posse autumo.

C Nam

Nam & Rodolphus ideò hac regià grassaba-
tur vià : & non modò , ex Italia redux cum
fratre, fortissimum quemque militem ad se
invitabat præmiis : sed insuper ipse equo,
hastâ, ferro, antevenire, certare, præcellere
omnibus, in solenni more positum habe-
bat. Nec poterat diu quiescere calidus hic &
generosus in juvene spiritus : impatiens est
moræ dignitatis aviditas. Quid verbis dissi-
mulo, quod præteriri non potest ? Suo jam
Marte ut rem aggrediretur, effecit Hugo
Tuffensteinius, ex viciniâ Baro : qui pullum
hunc Martium, injuriâ quidem verborum
tantùm, sed illustre pectus feriente acriùs,
lacsiverat. Eum difficili priùs obsidione
premit : oppugnat acriter incursione haud
unâ : expugnat tandem, & validè reluctan-
tem obtruncat : sed consilio callido, quod
tutissimum esse consuevit; corruptis priùs
præsidariis. Fervent jam arma; eaque pro-
clive minimè est, semel sumta deponere ju-
venem; quem stimulat cupiditas, & fortuna
inflammat : patruum Rodolphum, Lauffen-
bergæ dominum, pari fiducia aggreditur,
forti-

Tardū est dis-
ferre, quod
lacet. Petron.
Arbit.

Ingenuitas nō
recipit contu-
meliā. Sen.
de morib.

ὄντως γὰρ ἔ-
δεν κερδαλέω-
τερον ἐν πο-
λέμῳ ἀπά-
της.

Reipsa nihil
utilius in bello
dolis. Xenoph.
Hipparch.

an.
CIC. CCXLII

fortitudine non dispari. Neq; enim puta-
bat, excusationem mereri aut gratiam eum;
qui nepotum ex fratre curatelam minùs æ-
quam præstitisset. Fiunt excursiones; veli-
tationes suscipiuntur: sed quæ omnes in ipsa
sementi, antequam in atrox bellum exar-
descerent, suppressæ fuerunt ac sedatæ. Ma-
lebat enim Lauffenbergius senex nepotis a-
nimum placare, concessis paucis, quæ pete-
bantur: quàm & juvenis bellicosi fortunam
irritare, & dissolvere planè fraternas amici-
tias. Nam ut hydrus, venenum ejaculatur
pestilentius; cùm relicto elemento suo, a-
quâ, terram incolit: ita acerbiora sunt odia,
& plerumq; immortalia; quæ ex familiæ
carceribus erumpunt; interq; cognatos in-
jurijs plusculum aut convitijs provehuntur.
Credo ego, idem hoc Hartmannos Kibur-
gi comites permovisse: ut quando jam Ro-
dolphus Aquensem Comitatum cepisset,
immineret quoq; Vitoduro, Kiburgo, Mars-
burgo, de materna dote cū eo transigerent:
bello, qualecunque sanè fuisset, certam
tamen pacem præferendam esse opinantes.

Nicander &
Ætius.

Natura af-
fert: ut inju-
ria ejus, quem
diligas, etiã se
reipsâ graves
sint; sicut ta-
men amore
graviore.
Nazar. Paneg-
gyr.

inter soci-
as acies col-
latâq; signa
ut vinci mi-
serum, nun-
quam vicisse
decorum.

Claudian. 6.
Conf. Hon.

Pax tutâ cui-
vis bello etiã
justo est præ-
ferenda.

Thucyd. l. 4.

Respirabat jam tantisper Rudolphus à labore militiæ; dum sanctissimo amore propagandæ sobolis ac familiæ, pactas jam olim nuptias piè celebraret. Quam ego nunc commemorem fuisse electam sponsam? an oculis tantùm? minime: sed oculis pariter

*Quæ casta est?
de qua menti-
ri fama vere-
tur. Auson.*

*Aventin. vo-
cat Burkbar-
di Haigerlo-
chii filiam. 7.
annal. Cöfen-
tis Naucle-
volum. 2. ge-
ner. 43. Guil-
limanus lib. 6.
c. 1. Gertrudâ
Ludovici Fri-
burgi comitis
filiam.*

& auribus. Erat hæc Anna, Alberti Comitis Hohenbergici ad Nicrum filia; & pudore virginali, & formæ dignitate, & virtutum ornamentis ad invidiam usq; insignita. Et quisquam erit tam sine fronte, sine corde; qui hunc thalamum, verè fatalem, non cedo immortalitatis judicet dignissimum: ex quo sese tot lumina, tot columina orbis terrarum extulerunt? Neque verò ita, in tenero hoc sponsæ amplexu, colliquescebat voluptate Rodolphus; ut sui oblivisceretur, & rerum maximarum; ad quas se cælum destinare prospiciebat. Erat in ore omnium Ottocarus Bohemiæ Rex; qui cùm regni sui terminos longè lateque ampliasset; maxi-

*Quantum
aucta ejus po-
rentia est; tã-
tum etiam in-
solentia cre-
vit. En. Sylv.
hystor. Bohem.
c. 27.*

tissimis

tissimis Philosophis palmã facere dubiam dicebatur. In ejus aulâ putabat sagacis. Rodolphus, campum patere & segetem gloriæ suæ: quam maturrimo adit consilio & virtutis suæ celebritate Præfecturam prætorii obtinet; majori etiam laude administrat. Tempus quoque divinâ lege, an necessitate effulserat peridoneum. Gliscebatur enim mox bellum, inter Ottocarum & Belam Ungariæ Regem; Syriam contra pacta incursantem. Ottocarus, diu multumque deliberans, non vidit, quem toti præficeret equitatu: unius Rodulphi adventu atque nomine, impetus hostium reprimi posse confidebat. Non est vanum de virtute conceptum augurium. Quin Rodolphus rerum summam obivit tanto adplausu: hostem immanitate se efferentem cecidit, fudit, delevit eâ felicitate: ut neque apud Cyrum Harpagus, neque apud Alexandrum Ephestio, neque apud Xerxen Mardonius unquam majori auctoritate fuerit. Et, credo nullis non congiariis retinisset Ottocarus hunc Ducem; si modò ea foret virtutis ra-

*Virtus est, ubi
ocasio admo-
net, dispicere.
Plaut. in Per-
sa.*

*ὄχι δὲ εὖ
ἀρχαί, μὴ
ἀρχὴ δέτρα.
No potest be-
ne quisquam
imperare; nisi
qui paruerit.
Aristot. lib. 3.
polit. c. 4.*

*Virtus nullo
honestamen-
to eget: ipsa
magnum sibi
accus. Senec.
epist. 67.*

*An. Christi
C10. CCLX.*

contingit

C 3

tio;

tio ; ut compensari præmiis, aut adæquari muneribus splendor ejus ac subl. mitas possit. Sed jam Rodulphum in patriam revocabant calamitosi tumultus ; & quæ in Romani Imperij interregno, confusionis matre, exercebantur impunè latrocinia : à quibus suam sibi ditionem tuendam, naturali in-

Nulla cognatio propior, quam propior. Cic. Phil. 5.

Æque virtutis est, & bona patria au-xisse, & mala in se transferre voluisse. Val. Max. lib. 1. tit. 5.

patriam adfectu animadvertibat. Atq; ut gladium stringeret alacrius ; in viciniâ jam ardens bellum monebat : suâ quoq; referre, cum Ucalegon ardet proximus. Ne multis evager; vix in Alsatiâ pedem posuerat Rodulphus ; cum Respub. Argentinensis, læta

gloriosi Ducis adventu, omnem illi militiæ præfecturam, & titulo & stipendio magnifico defert contra VValterum Gerolzegium, Argentinensium Episcopum : qui in pace esse cum dignitate & florere in otio cum utilitate potuisset : si ad æquitatem se revocasset, & caninum habendi appetitum sacrâ justitiâ temperasset. Sed ruendum est per præcipitia, quæ quis scandere vult insano ductu : & excedendû meritò cuivis, quod intriverit. Etenim VValterus, novâ initiatus

Ro

203

ε ο

dignitate,

dignitate, nova imponebat civib. onera, tributa, vectigalia: violabat Reip. leges, privilegia infrungebat, mutabat consuetudines: evocabat ex urbe omnes Ecclesiasticos; ne quis sacrorum daretur usus: quid multa? ne qua esset officina pietatis, virtutis seminarium, magistros scholarum, & pueros latinè discennes ex urbe evocandos, civib. subtrahendos esse putabat. Quid ad hæc Rodulphus?

Mind. n. n.

Mutari domini novitas metuenda. Apul. asin. aur.

Animabat eum causæ justissimæ, quod suscepit, patrociniû. Itaq; paratis reb9 omnibus, delecto milite, cõmeatu instructus copioso, recipit Colmariâ, expugnat Mülhusium, Episcopi receptacula; Episcopum ipsum memorabili vincit prælio. Neq; vincit tantum; sed fugat; sed fugientem in eas rerum omnium angustias cõpulit: ut præ nimia trepidatione reliquias carissimas disperferit: seriâq; pœnitentia ductus, sed serâ nimis, paulò post ex animi ægritudine mortalitatem expleverit.

Frangit & arrollit vires in milite causâ. Propert. 4. e. leg.

An. Christi 1010, CCLXII. Lampad. m. lib. histor.

Serum est cavendi tempus in mediis malis. Senec. in Thyeste.

Adeò luxuriantes ferocietesq; in ipso cursu franguntur citius; quâ prospicere metâ possint. Quemadmodum verò pyrites gemma, tum aperit vim suâ igneâ, cû atteritur: ita Rodulphus

709's

phus

phus inclarescebat effloreatq; gloriâ & virtute; quò magis animum suum generosum exercebat. Offerunt Tigurini præfecturam urbis suæ, stipendio sanè perquam honorifico, Udalrico Regensbergico, in viciniâ, Dynastæ satis potenti; sed in hac fortunæ ubertate, ut fieri amat, nimis fastuoso. Quid, ait, mène pecuniâ vestrâ mercenarium emetis? Dominum si vultis, & parère mihi subditi; dux ero. Si conditionem acceptare non placet, agite, ut pisces nassâ conclusos, ita vos cohercebo: ut quorsum evadatis, nō possitis prospicere. Quid ad hunc Thrasonem Tigurini? Viri fortes, verborum fulmine non patiuntur sibi animum expectari. Exoratur ab ijs magnanimus Rodolphus: ut Senatun populumq; Tigurinum suæ fidei committat: videat, ne quod detrimentum capiat Respublica. Periclitatur ille rursus virtutem suam, tantò majori adfectu & lubentia: quòd Regensbergium, suis quoq; ornamentis jam diu infestum, ultiscitur urbem verò addictam sibi reddere possit, viciniâ commodam, viribus haud

Inquinat egregios adjutores. Claudian. 4. Honor. Conf. ἰδένα πώποτε ἀνδρῶν ἀπέκτεψε Φωνή. Nunquā vox hominem interficit. Dio. lib. 38.

An. Christi CIO. CCLXIV.

aspernandam. Aggrediuntur res utrinque; signis infestis concurrunt: Rodolphus etiā callidis utebatur consilijs: ingenio putans, quàm manu hostes vincere, & periculosum minus, & majoris prudentiæ. Erant Regensbergio duodecim equi, albore candidissimo: quibus venatum proficiscens vehebatur cum comitibus, albo cunctis amictu vestitis, concurrentibus totidem canibus candidoris ejusdem. Instruit se apparatu simili Habsburgicus, equis, equitibus, canibus, concoloribus universis. Egreditur animi gratiâ Regensbergius castro suo; securus fortunæ, quæ, cum vitrea sit, frangitur maximè, ubi splendet maximè. Rodolphus Ut-linsbergam properat; occasioneque, dum prehendi se patitur, usus, pro Regensbergio presidio admittitur: cujus portas cum equitatu suo tantisper tenet; dum insecuti Tigurini urbe potiuntur & arce; incertum celeritate majori, an prudentiâ Ductoris ingeniosissimi. Ac virtus cum exerere semel cœperit majestatem suam & potentiam,

τὰ κλέμματα ταυτα καλλίστην δόξαν ἔχει, ἀ τὸν περὶ κλέμνον μάλιστ' ἀν τις ἀπατήσας, τὴς Φίλως μέγιστ' ἀνώφελήσεν. Thucyd. lib. 5.

Ubi cum fuerit providentia, frustrantur universa contraria. Augustin.

D

pergit:

pergit: pergit etiã astu suo sagacissimus Rudolphus: cum Glanzenburgo immineret ad Limagum. Abdit se noctu cum exercitu ad crepidines montis, imprudente hoste: naves onerat capacissimis doliis, refertis milite fortissimo. Hi prope collem Glanzenburgicum exscensionem faciunt; dolia plurima in præterlabens flumen abjiciunt; naufragium se passos inclamant confectis lamentis. Cupido nanciscundi merces elicit ex urbe cives: accurrunt illi, invasuri dolia; sed à militibus trucidantur. Effundunt se alii, itemq; alii, vindictæ cupiditate; cui dum inhiant, & ipsi cæduntur: quid dico cæduntur? nudatur propugnatoribus civitas: quam Rudolphus ex insidiis oportune prorumpens, invadit capitq; unã cum arce. Tigurum novã lauru insignitus opifertisq; spoliis onustus revertitur. Fuitne hæc expeditio similima equo ligneo, quo expugnatum fuit Ilium & omnis humo fumat Neptunia Troja. Stetit belli eventus penes eum, quem iustitia pro aris & focis pugnantem armaverat. Quis

Quis enim, ab omni derelictus sensu, non animadvertat justissimam poenam? cum Regensbergium hoc bello ita videat attritum: ut ad hostes cõfugere necesse habeat: annuãq; illorũ beneficentiã & stipe quasi victitans, magno superbiæ experimento testaretur: perinde ac venti desituri, vehementissimè spirant; sic mortales, cum maximè sese efferrunt, tum proximos exitio esse solere. Quid verò illud, & quo numero habendum? quòd Rodolphus, quo tempore patrocinebatur cum imperio Tigurinis, omnia illis ad optata sua sensumq; fluxerint? quasi secum Palladium aliquod habuissent; unde antiquitus felicitatẽ proficisci opinabantur. Rarum certè, & verbis haud exprimendum Dei beneficiũ: si quem præclarum Ducem speratus rerum comitatur eventus. Etsi enim perineptum sit, addo etiam iniquum: quòd Indiã quidã populi Regem, ad præstandam felicitatem, sacramento adstringunt; fallentẽ, diris incessunt, aut dignitate privant, aut vitã: sic ubi tamen Princeps rerum prospero floret successu: eum in amore, in amplexu Dei esse, haud obscure

Sæpe qui misereri potuit, misericordiã rogat. Senec. 9. contro. 4. Dominare tumidus; spiritus altos gere:
Sequitur superbos ultor à tergo Deus. Senec. in Hercules furente.

Albert. Mullerius in Chr.

τὸ μακάριον, ἀρετῆς μέτρον, ἢ τύχης.
Virtus felicitatis mensura, non fortuna. Dionys. Halic. lib. 2.

Duo sunt, quos claros duces faciunt: summa virtus, summa felicitas. Latin. Pacat. in panegy.

obscurè colligimus. Quidni ergo Rodulphum admiremur, quasi in cælesti nutritu ad res magnas feliciter gerendas formatum firmatumque? Excipiebat aliam subinde a-

*ἠάτιν γὰρ ἐν
Φρονήσι συμ-
μαχῆι τύχη.
Qui se gerunt
prudenter, il-
lis fors favet.*

lia felicitas. Jam enim ex illustri conjugē, matrimonio tranquillo & amœno, suscipiebat numerosam sobolem: jam tribus amplissimis comitatibus, Kiburgensi, Badensi & Lenzburgensi unâ hæreditate, eodem tempore ditatus, nulli ordinis sui cedebat divitiis: jam certatim ab omnibus colebatur, nobilitate, civibus, plebe: jam defensores hunc sibi expetunt Friburgenses, salutant Uranii, Suitii, Silvani. Hæc quamvis magna sunt; majora tamen restant, quæ orationem ad se trahunt. Imminebat jam penè tempus, quo sublime majestatis templum Rodulpho erat conscendendum: non

*Alii referunt
causam: quod
stelligeros, fa-
ctiois Rudol-
phi, ejecisset:
suos Psittacos
in: assereret.
Pantaleon ex
Lazio ait: E-*

vi tamen prius devorandi labores. Effuderat se plebs Basiliensis, furore dicam, an injuriis irritata, in selectissimos equites, Rodulpho aut propinquos, aut cognatos, aut charos: quod post hastiludia, civium uxores cepissent usurarias. Ut Athenis

fili

*Definematro-
nas seclariis;
unde laboris
Plus haurire
mali est, quã
ex re decerpe-
re fructus.
Horat. lib. 1.
Sat. 2.*

fili Pistrati sunt ejeti, quod Harmodii vi-
ciaissent sororem: ita tum miserabile specta-
culum exhibebatur. Hos obtruncant cives,
cædunt illos, adfligunt solo, pedibus con-
culcant, modo parum justo: ut malè agen-
do, causæ sæpè optimæ solent amitti aut

*piscopū fu-
aggressū
marsum,
debeimū,
feldum, di-
nis Habsb-
gica, bello
dū indicto.*

corrumpi. Instigabat ad ultionem Rodulphum, magnus atq; excelsus animus, atrociam injuriæ difficulter concoquens. Unū impediēbat; quod minùs in flagranti adhuc facinore vindicias pararet. Nam cum Ab-

*Contumel-
nec fortis
test, nec
genuus p-
Senec. in
verb.*

*Erat is ex
gente comitū
Montfortio-
rum Laz.*

bate S. Galli, erant illi veteres inimicitæ; & eò exasperatæ, ut ferro decernenda res esse videretur. Atqui vires distrahere suas non judicabat è re suâ: pessimeq; noverat ijs consuli; qui plures sustinere volunt hostes: cum vel unius belli incertus sit exitus;

Cic. pro Mil.

Marsq; communis sæpè exultantem evertat, abjectum erigat. Quapropter cum sermone frequenti usurparet, atq; regereret identidem: pretium esse operæ; ut qui lite triplici esset intricatus, duabus se expediret: Unam sufficere: transigit cum Abbate; at quàm inaudito novitatis exemplo!

*Fortuna
semper a-
piti est
Senec. in
baid.*

Nihil Rodulphus per internuntios agit, aut legatos: sed ipse, cum paucis suorum, germanâ fretus Germani hominis fide, sua quoq; dexteritate, hostem Vilæ inter præfidia adit intrepidus, compellat prudenter; placat ex sententiâ. Placat verò? imò in studia sua partesq; trahit totum: ut secum ea conjunctis animis copiisque in Basilienses: Quid ego ad illud orationem comparem? quòd Rodulphus, ingenio perspicaci excogitaverat naves solutiles; quæ plicari facile, explicari rursus, & carris ferri, quocunque libitum erat, poterant. Ex illis frequentes in hosticum faciebat excursions; nec minori facilitate ac celeritate; quàm Semiramis in bello Indico scaphis fluviatilibus, quas camelis vexisse constat; aut Cæsar contra Pompejum potuit navibus, quas ex viminibus crudis, bouum corio texisse creditur. Videbatur jam, res Basiliensium in acie novaculæ versari. Verum enim verò ne extrema tentare cogerentur; gratiam sibi fieri contendebant, & obsides dabant: factis facturos se omnibus, quos offenderant.

ἐξή τὴν ἰσχυρίαν τὸ θάρρος οὐκ ἔστιν αὐτῶν. Plut. τὰ ἰσχυρὰ βέλτερον ἢ τὰ ἀσθενῆ. Xerxes. lib. 1.

οὐκ ἔστιν αὐτῶν ἰσχυρία. Plut. τὰ ἰσχυρὰ βέλτερον ἢ τὰ ἀσθενῆ. Xerxes. lib. 1.

Diodor. Sicul. lib. 20. & lib. 3.

Dio in August.

An. Christi CIO. CCL XIII.

Cumq;

Cumque se interponerent viri & autoritate insignes, & illustres genere; Rodulphus triennales pangit inducias: & cum nocere potuisset, parcere malebat: quàm cum parcere, noquisse. At quemadmodum vulnere, penitus nondum consolidato; facile refricatur cicatrix, labra ejus dehiscunt: ita in lubrico sitæ sunt reconciliationes; & lupinæ judicantur à sapientibus amicitia. Elapso ergo induciarum tempore, Basiliensis Episcopus, veteris memor injuriæ, ut ipse interpretabatur, novas belli faces recendit. At quàm fatius fuisset Sacerdoti, quievisse; leonem non vellicasse! Neque enim Brisiacum sibi doluisset, eripitum: suburbium Basileæ S. Crucis non in cineres convertisset flamma. Starent egregiæ arces: totus denique ager hostili manu devastatus non fuisset. Dum hæc incertâ sorte, ultra citroque geruntur, ipse intervenit ex summo caelo DEUS, mirabilis in operibus sanctisque suis: & dum obsidionem, arctius urget Rodulphus, ad illud tandem, honoris culmen avocatur:

τίς μὲν πλείων ἢ μεῖζον τινα εὖ ποιεῖν οὐ φέλλει τὴν μάλιστα δυναμένην.

Cujus par potius sunt plurimum a teris profertur quam ejus qui plurimum potest? Cuius apud Dio. lib. 43.

οὐ μὲν γὰρ εὐχόμενος ἔστιν ἄλλο, πάλιν δὲ αὐτῶν. Senece. nunc obtingit incunctia, nisi mors. Sophocles in Oed.

Scitum episcopi Episcopi Moguntini, q. se Carolo Magno opposuit. Ense Gerolamo obit præsul. Præstitit errorum, ne

tur: adisse forun

ment

tionibus futur : cui jam ante seculorum initia destina-
 peragun- tus fuerat. Operæ pretium est, respirare hîc
 res Dei: nonnihil, & reficere animos, ad plenior
 quod semel nonnihil, & reficere animos, ad plenior
 eretum est planioremque tantæ rei cognitionem. Ca-
 ri, nullâ po- ruerat imperium Romanum, per annos pe-
 n novitate nè tres & viginti, certo ac stabili gubernato-
 utari. Ar- re : quæ res impuni licentiâ, optimorum
 b. lib. 2. ad- etiam corruptrice, hoc interregno ita indu-
 rf. gent. xerat rerum omnium perturbationem : ut
 proclivior regnum nobilissimum à magno latrocinio
 sis In pejora parum abesse videretur. Sanctissimus ergo
 tur ; sua- Imperii Senatus Francofurti indicitur : ubi
 etq; licentia ancipiti sententiarum conflictu disputant
 xum, electores principes, de Cæsare eligendo ta-
 decebrisq; ef- li: cujus in religione spectata esset fides, for-
 ena favet. titudo in bellis, auctoritas in agendo, consi-
 laud. 4. lium in providendo, in conficiendo felici-
 onf. Hon. tas. Dum pro cujuslibet sive captu, sive ad-
 affectu proponuntur varii, nec potentiâ con-
 temnendi, nec auctoritate : Alphonfus Hi-
 spanus, Ottocarus Bohemus, Mainardus Ti-
 rolenfis, Bernardus Carinthius, Henricus
 Misnicus, Albertus Goritius: mirum videba-
 tur; Vernerum Falkensteinium, Anci-

*Velle suum
 cuiq; est; nec
 voto vivitur
 uno.*

*Perf. Satyr. 5.
 Deus cuncta
 suorum No-
 vit, & inspe-
 ctis ambit la-
 tus omne mi-
 nistris.*

Stat. 5. Sil. 1.

*In bono hospi-
 te atq; amico
 questus est,
 quod sumitur.
 Plaut. in mi-
 lit.*

stitem Moguntinum suffragium suum ab
 omnium opinione sejungere, designare
 Rodulphum Habsburgicum. Quî hoc in-
 telligi potest? Revocandum hoc est ad ani-
 mum: neque enim sine adflatu numinis,
 aut sine gravibus caussis, magni momenti
 res peragi solent. Dicam tribus verbis,
 quod in bona caussa sufficit: humanitas Ro-
 dulphi erga hospitem aliquando Vernerû,
 excitaverat tantum de illo iudicium. Cum
 enim Moguntio iturus Romam, infestis
 undique itineribus, de vitæ dubitaret salute:
 Rodulphus tum Argentinensium præfe-
 ctus, Moguntinum in fidem suam rogatus
 accipit: deducit per omnem Argenti-
 nensium agrum ad ipsas Alpes. Neque
 hoc tantum præstitit: sed ex Italiâ reducem
 hospicio excipit benignè, habet magnificè;
 salvum verò & incolumem inter suavissima
 colloquia humanitatisque officia ad fines
 Moguntiacos reducit. His tantis recreatus
 Vernerus beneficiis, jam tum votis obte-
 stabatur Deum: ne sibi antè ex vivorum nu-
 mero abire contingeret; quam comiti

*Quidam sa-
 vebant & Co-
 miti Henne-
 bergico. Pan-
 tal. in vir i-
 lustr. ex Laz.
 Vetus quodd.
 Chronicô Ar-
 gentoratense
 quod Germa-
 nicè vertit Fr-
 dericus Clof-
 nerus refert
 Burggravium
 Noribergense
 reliquis prin-
 cipibus, pari-
 inter se con-
 cordibus Ro-
 dulphum pro-
 posuisse; & as-
 sensos esse sta-
 tim omnes.
 Thomas E-
 berndorferus
 MS. ais: Otto-
 nem Brande-
 burgensium in
 contrariam
 sententiâ abi-
 isse*

huic hospitiq̄ue suo memorabile aliquod in Gratiarum templo suspendere monumentum posset. Et illuxit tandem, illuxit dies: quâ re declararet ipsâ: quid sit, esse gratum hospitem. Quid ego nunc dicam? quàm gravi oratione in Rodulphi laudes excurret; deprædicarit in pace hominis prudentiam, temperantiam, justitiam, pietatem; in bello, scientiam rei militaris incredibilem, fortitudinem, auctoritatem, felicitatem: hunc illum fore Herculem; qui tot monstra in Imperio domaret, discordias, tumultus, rapinas, latrocinia, bella: sapientiam Viri & strenuitatem præferendam esse insanis divitiis, quas pro ludibrio habere sæpè fortuna consuevit. Quàm verò tempestivè, & quantâ monuit vi Suedæ atque efficacità! credo ego, instigante Alberto Magno; esse eidem Habsburgico sex filias, formâ venustas, animi cultu ita dotatas ornatasq̄ue: ut cum quibusvis paria facere ex Heroïnarum coronâ possint. Has, aiebat, segetem quandam fore, vel rectius firmamenta: unde potentissimæ

bonū est laudari; sed præstantius est, esse laudabilem. de morib.

καλὸν γυναικὸς εἶσεσθαι καλῆς τρέπης. Res pulcherrimorum pulchritudo famina. Mevand.

Princi-

Non legiones, non classes, perinde firma imperii munita, quàm numerus liberorum. Titus Taciti libr. 4. hist. Principum familiæ, ut ad finitatem, sic animis coalescerent: non secus atque vincula commissurâ vires accipere videmus. Dicitur vix potest; quàm leniter & jucundè oratio Moguntini in aures mentesq̄ue procerum influxerit. Quid multa confecter? defertur ipso Michaëlis sacro, Ludovico Palatino, omnium consensu potestas nominandi, quem vellet Cæsarem. Ille, quamvis in re tantâ timidus, & quasi supra ova & aristas; Electorum tamen suffultus & unanimi & amicâ conspiratione, continuâ rogatione, summum Christiani orbis Monarcham designat, appellat, proclamat Rodolphum, Habsburgi Comitem, Alsatiæ Landgravium. Fiat, fiat, obsecundat suffragiis votisque totus Septem virorum Senatus: & Rodulphi nomen identidem faustis acclamationibus ingeminât: nihil attendentes, quidquid præter jus, præter æquum Hispanus & Bohemus per legatos musitabant. O dies memorabilis, de quâ nulla unquam ætas conticecet! O & divinam Septem virorum sapientiam! Turpe est, & infamia ibit in ævum;

Plutarchus.

Ann. Chr. 1135 cclxxi Regia scptagraV fert TeVton ora RoDolpho. Sena OCTobrIs Vbl bl nltet orbe Dies. Aventin. a Calend. Novemb. lib. 7 annal. Boi. C spinian. Kl. Octobris 8 eo Pantal. Avent. lib. c.

En. Sylv. hist. Bohem. c. 27. ait: Ottoc. noluisse accipere ad se dlatum imperium. qua-

E 2 quod

quòd Cæsare Pertinace à militibus interfe-
cto, imperium venale, dignis, indignisve
edicitur; emitur quoque à Didio Juliano,
sed magnà sordidi hominis perniciè. Quàm
verò & illud est inglorium; quòd Jugurtha,
Italià excedere jussus, Romam sæpe respici-
ens, tandem in hæc erumpit verba: Urbem
venalem, propediemque perituram; si em-
ptorem invenerit! Non ita sapientissimi
Electores: qui non divitias, adjuncta qua-
liacunque, aut illicia potiùs malitiæ; sed or-
namenta animi in electione spectanda vole-
bant: & eos cum dignitate accipere imperi-
um posse; qui secundum Platonem, justitiæ,
sapientiæ, pietatis auro abundant. An verò
Rodolphus cupiditate imperii, spem termi-
nabat unquam hujus electionis? an princi-
pum prehensavit manus, studia sollicitavit?
Effrons est planè & excors, quisquis arbitretur;
impius, qui edisserat. Did cerat jam se-
culorum omnium memorià: siticulosam
honoris ambitionem, ad dignitatem non,
nisi per indigna ducere. Magnum er-
go videatur merito, quod dico: Nescie-

*Est demum
vera felicitas,
felicitate di-
gnum videri.
Plin. in Pane-
gyr.*

*Discant, quò
regna capiunt,
non raptū ire
imperia, sed
mereri. Vo-
pisc. in Tacito.*

*si pluris esset
Bohemorum
Rex, quam
Romanorum
Imperator.
Ascitur Du-
rapius histor.
Bohem. l. 17.
Pet. Opmer. in
Opere Chro-
nogr. Negant
Cuspinian. in
Rodul. Naocl.
volum. 2. ge-
ner. 43. Pan-
tal. in Rudolp.
Doglioneus
parte 5. thea-
tr. princ. Ge-
rard. de Roo
bistor. Austr.
lib. 1. Peucer.
in Chron. Ca-
rion. lib. 5.*

bat, se imperatorem futurum; imò
jam erat Imperator: sed esse se nescie-
bat. Cùm enim Henricus Pappenhei-
mius, equis dispositis, rem illi celerrimè &
primus nuntiaret in castris ad Basileam: Ro-
dulphus insperato percussus nuntio, neque
fatis initio credit; neque facilè consentit. Se-
quēti nocte Burggravius Noribergicus ibi-
dem appellit: & principum diploma magnà
solennitate exhibet; Rodolphum submissè
Regem Romanorum salutat. Insolens fa-
ctum, vereque rarum, designari Regem sine
impendio; rariùs sine labore, rarissimum si-
ne petitione. Quos itaque non putabimus
auditos fuisse adplausus, spectatos trium-
phos? quas non auditas gratulationes, quæ
vota, à conjuge, à filiis, à filiabus ab omni
propinquorum & amicorum cœtu? Sed
quid amicos dixi? Ipsi etiam Basilienses, in-
ter malleum & incudem, ab obsidente Ro-
dulpho versati; votiva tamen illi adprecantur
læti lubentesque. Nec desit ipsis inspera-
ta gratia. Ut apud priscos in novi regis in-
auguratione, servi manu mittebantur; sic
illi

*Fuit hic Fri-
dericus Comes
Zolleranus,
cui Rodulphus
tum vacante
Burggravia-
tum Noricum
concessit. Hu-
jus gentis po-
stremus Fri-
dericus in Cõ-
cilio Constan-
tienti, à Si-
gismundo Cæ-
sare Marchio
Brandeburgi-
cus creatur.
Naucle. &
Gerard. de Roo.*

*Gravissimum
genus egesta-
tis, in divitiis
inopia. Relin-
que ambitio-
ne: timida res
est, pava, ven-
tosa: nullum
habet termi-
num. Sen. ep.
88.*

*Discant prin-
cipes acclama-
tiones veras
falsasque, discer-
nere. Plin. in
panegy.*

—sola Deos a-
quat clemen-
tia nobis.

Claud. 4. Hon.
Conf.

Trasci facili,
tamen ut pla-
cabilis esset.
Horat.

Injuriarū re-
mediū est ob-
livio. Senec. in
Proverb.

Qui malis
parcit, nocet
bonis. Senec.

Impunitas in-
fluit audaciā.
Panegy. Ma-
xim.

illi non modò hostili solvuntur calamitate ;
sed novis insuper privilegijs, raro ad omnē
posteritatem exemplo decorantur : captivi
hinc inde dimittuntur carceribus ; pax sine
insidiarum metu sancitur. Ac mihi quidem
ostendere id videtur, Imperator fortissi-
mus ; non ita bile corruptum esse, & ran-
core adfici excessum animum, ut ignoscere
non possit ; sed esse placabilem, sæpè etiam
injurias despiciere, offensiones dissimulare :
præsertim, si supplices aut pœnitentia duci
videantur, qui ledere prius non dubitabant.
Contrà justitiæ solidum nomē tuetur is ; qui
superbè contumacibus pœnas infligit atro-
ces : ut quid intersit inter modestiam ac per-
vicaciam eminere ita atque apparere possit.
Dico meritissimo jure Rodolphum Episco-
po Basiliensi multam irrogasse, nongenta-
rum marcarum : cum is non modò altiùs fo-
veret odium ad sanguinem usque : sed exa-
speraret quoq ; acerbitate dictionum, quæ
ab animo impotenti, ægroq ; promanare so-
lent. Quis enim, vel tantulâ suffusus bile,
quanta est in formicâ, inimicū hoc dictum

Wolfgang.
Laz. lib. 1. ge-
neal. Austr.

&

& os impudens ferre possit : cum homo, sa-
cris deditus, audito de imperio Rodulphi
nuntio percussâ fronte præ iræ fervore, pro-
tensâ in cœlum manu, exclamaret : O Chri-
ste, firmiter te in sedili tuo contine ; ne hic
te comes deturbet. At falsimoniam prolo-
cutus es, homo injurie ! non omnia sunt
efficacia, neq ; vera ; quæ exulceratus pro-
mit optatq ; animus : sæpè etiam diras impre-
cantem suæ meritò furia ulciscuntur. Fuit
profectò, fuit Rodolpho, quæ militi solet
esse rarissima, carissima in Deum religio : ut
non dubitaret, Tigurinis monasterium cõ-
dere Augustinianum ; VVeissenavense pro-
pe Ravenspurgum in Suevis ; Tulnense a-
pud Austrios, apud Argentoratenses, ut
multorum fert opinio, cathedrale templum
(at quantæ magnificentia !) per Ervvinum
Steinbachium reparari cœperit. Neq ; late-
re tum potuit amor illius & veneratio in or-
dinem Ecclesiasticum ; sed memorem illum
atque satagentem sui officii. Literis enim
consignatum accepimus ; sacerdotem
quendam, cœlo pluvio, fractisque

Qui venerari
principes ne-
scit, in quod
libet facinus
procursum
credas. Valer.
Maxim. lib. 3.
tit. 6.
Nihil tã san-
ctum, quod
calumnia ten-
tare non au-
deat. Nicet.

Chrö. Tig. M.
S. de monast.
ag. Tig. Lamp.
P. 3. mell. Hist.
Alii ab Epi-
scopo Weren-
bario an. Chr.
1257. volunt
instauratum.

Quod in divi-
nis rebus su-
mas sumptus,
sapientia lucro
est. Plaut. in
mil.

*Quis homo est
tanta confide-
tia, qui sacer-
dotem audeat
violare? Plau-
in Rudent.*

Just. Lips.

viis properasse; ut postremo eucharistiæ so-
lacio agrum ad cæleste iter reficeret atque
præpararet. Illum, ut conspicatur in ve-
natione Rodolphus, salutat: & non modò
equo donat, ut iret festinantiùs: sed præ-
untem ipse, nudo capite, ad decumbentis
casam comitatur. Me quidem ista fusiùs
narraturum, abripit curiosa pictoris manus,
quæ rem gestam vivis coloribus, Serenifis,
Alberti jussu, repræsentat; efficitque ut in
rem eandem, seculi nostri Phœnicis repe-
tam versiculos:

*Comes fuit Rudolphus olim Habsburgicus,
Cui, rure juxta rivulum, qui excreverat,
Ferens ad agrum quempiam Eucharistiam,
Parochus fit obviam. Comes mox in pedes
Salit; suosq; collocat Mystam loco.
Eunt simul, simul domos agri petunt,
Intrantq; triste limen: ac isthinc iter
Aliud legunt. Sed hic equum vult reddere
Parochus: negat Comes: quin impium scelus
Nefasq; ducit. Ipse scilicet premam
Ephippion, quo vectus est cæli Deus?
Ait; pedesq; conficit cæptam viam.
Fides inaudita! en Sibyllina sata
De stirpe vates, inclito Comiticanit
Æternum honorem. Hoc premium pietas habet.*

Verùm nos Cæsarem sequamur, cum exer-
citu

citu jam Francofurtum abeuntem. Hic ego
neque oculis sustinere, neque cogitatione
complecti, neque verbis adsequi possum.
splendorem, occursum, studia, favores, gra-
tulationes, preces, festos dies: quibus hic
novus Imperator, hoc augustissimum ca-
put honorabatur. An illud operosiùs com-
memorem? quantâ solennitate Aquisgra-
num fuerit deductus; ut, more nostro gen-
tilitio, primam ibi coronam, acciperet;
tantâ hominum effusa multitudine; ut vix
strata publica, quæ caperent spectatores,
ad milliaria tria sufficerent. Quibus in lau-
dibus illud ponam? quòd tergiversantibus
aliquot ex Principum numero, fidem jura-
mento sancire; quod neq; adessent omnes,
neq; ad manus haberetur sceptrum: Rodul-
phus, nescio num pietate majori, an forti-
tudine [utrumq; enim est verum] crucis
Christi arrepto ligno: & hoc, inquit, si-
gnum mihi serviat; in quo redemptionis o-
pus pro toto genere humano peractum
est: hoc sceptro utar in omnes, sive meam
neglecturos autoritatem, sive sanctam Im-
perij

perij majestatem violaturos. Catapultæ instar feriebant hæc verba; atq; ita penetrabant: ut crucis lignum osculati, quotquot

Verus obediens mandatum non procrastinat: sed statim parat aures auditui, linguam voci, pedes itineri, manus operi.
Bernhard. de precept. & dispens.

aderant Principes, pro religiosissimâ fide, sacramentum magnâ statim cum reverentia dicerent: se suaq; omnia, pro Cæsaris ornamento, pro asserenda imperij majestate, adversus infideles ultrò promitterent. Sapienter, ut omnia Rodulphe, & cordatè! morum sermonisq; gravitas parit acre illud imperij telum, autoritatem: quam qui principi

Nihil potestas Regum valet; nisi prius valeat autoritas.
Q. Curt. lib. 6.

patus initio sibi comparaverit; facilius hominum animos quò volet, adducere; quò non volet, abducere potest. Ac ne quis hæc

Nunquã denuntiata valescunt.
Macrob. 1. som. 7.

rerum novitate hæreret anceps, aut divinæ providentiæ dubius: cælum ipsum lætitiæ applaususq; signum edidit; superisq; hunc placere actum, evidenti gratulatione comprobavit. Quis hujus rei testis? Nocte, quæ diem coronationis subsecuta fuit, supra templum, quo inauguratio erat celebrata, nubes candidissima effulgens, crucis formam retulit, quæ postea purpurascenti rubore sanguinis tincta fuit. Tanto jubaris

*Hardevig
Dassel.*

ris splendore: ut nemo fuerit, tam immanitate barbarus: qui sine admiratione eam, sine tacitâ religione intueri potuerit. Terra etiam videbatur ipsa lætari novo Domino: tantâ tum annonæ vilitate: ut unico Argentinensi numulo haleces octo venierint. Aliud ex alio mihi occurrit, pro felicitatis cumulo, quæ beatis augeri solet. Dum Rodolphus Aquisgrani tantisper se Principum oblectat colloquiis & conviviis: quæ apud omnes gentes amicitiam confirmare solent: tractatio suscipitur de novo atq; indissolubili fœdere, quod per conjugia pangi diximus. Res est planè talis; de qua nulla obmutescet antiquitas: Rodulphi filix, cælesti instinctu despondentur: Machtildis, Ludovico Palatino; Agnes, Alberto Saxoni; Hedviggis, Ottoni Brandeburgico: postea Catharina Ottoni Bavaro aliquandiu Ungarorum Regi; Clementia, Carolo Martello, regi Ungariæ, Siciliæ & Neapolis. Quis hîc ementiri posset, aut fingendo percellere Cæsaris lætitiâ, ad finis, soceri, atq; adeò parentis, exiguò tēporis intervallo, tot potentissimorū

Amicorū neg nobis; reg. cuiquam hominū satis fuit. Sallust.

Pantal. narrat Catharinam Hermãno Bradburgico in matrimonio d. ita: Annam, Ottoni Bavariæ Duci.

Principum? Diagoras tres filios, eodem Cic. 1. Tusc. lib. 5. c. 15.
Olympiæ die coronari vidit. Vidit; sed cum
populus gratulabundus undiq; in eum flo-
res jaceret; inter manus & suavia liberorum,
efflavit animam, effusissimæ lætitiæ impo-
tentiâ. Rodolpho si accidisset idem; minùs

*Vir cõperans, constans, sine metu, sine a-
gritudine, sine alacritate
nullâ, sine libidine: is est sapiens. Cic. 5. Tusc.*

foret admirandum. Atqui ille tanto repres-
ferat opere adfectuum impetus: ut, quem-
admodum non frangebatur mœrore; sic
neq; nimis solveretur gaudio. Nunc de-
mum conscenderat in splendidissimum
theatrum Rodolphus: unde omnia sua or-
namenta expromere in omnes atq; expri-
mere poterat. Nam ut non queas dignosce-

*ἀρχὰ τὸν ἀν-
δρα δεῖξαι.*

*Magistratus
ostendit virū.
Biantis dictū.*

*Tantò magis
prad cãdamo-
deratio tua:
quòd innutri-
tus bellicis lau-
dibus, pacem
amas Plin. ad
Tr. yanum in
Panegy.*

re, sitne vas integrum, an rimosum; nisi
liquorem infuderis: ita animus exploratur;
cum illustre ei imperium commiseris: ut qui
stultitiæ rimis fathiscit, diffluet quoq; cupi-
ditatibus: qui virtute ornatus, virum sese
doceat. Talem ergo, suiq; semper similem
se præstitit Rodolphus. Quo in opere satis
mirari nequeo; hominem Martium, & ipsi-
us quasi Bellonæ lacte ad arma enutritum,
in imperio tamen ea spectasse: quibus omnē
belli

belli materiam præscinderet: Octavium Arduum est,
posse eundem
& belli & pa-
cis laudibus
clarere. Dio.
lib. 43.
Augustum imitatus; cujus hic erat trium-
phorum finis, Jani templum clausisse; pa-
cem, aureum Dei donum, toti orbi restitu-
isse. Rodolphus, ut auspicaretur à nobili fa-
cinore Imperium, de cõhibendâ vi publicâ,
exigendis malæ fidei possessoribus, extin-
guendis inter principes factionibus: decer-
nit militem, ad prædonum latibula diruen-
da. Confestim objicit magnis conatibus
magna obstacula Diabolus. Opponebant
sefe Rodolpho, superbâ audaciâ, audaciq;ue
superbiâ, Ottocarus Bohemiæ Rex, & Hen-
ricus Dux Baviariæ: hic regis suadâ in socie-
tatem odii pertractus: ille ex invidia dolo-
rem coquens; quòd nec prece, nec precio Summa petis
livor, perflant
a'issima vèti.
Ovid. 1. remed.
impetrare potuerat: ut in Cæsaris thro-
num eveheretur. Cæsar suæ putabat esse au-
toritatis, perduelles jure persequi: & utrum-
que ad comitia Augustana solemnibus libello
citatur. Placet Imperii magnatibus; justiciam
priùs togatam, quàm armis rem experiri
Cæsarem. Mittunt Bohemus & Bavarus
legatos; & vicariâ linguâ causas suas pera-
gunt

*Maledicus à
malefico non
distat nisi oc-
casione. Fab.
12. c. 9.*

*Bonus ani-
mus laesus,
gravius multò
irascitur. P.
Syr.*

*Patientia sum-
ma, summa
fit impatien-
tia.
-- vidua est
virtus, quam
non patientia
firmat.
Prudent.*

gunt. Quàm verò pro Bohemo insolens e-
rat Bernardi Seccoviensis episcopi oratio,
plena sophisticationibus: Indignum esse
Rodulphum hac dignitate: infimâ ejus con-
ditione tanquam sordibus imperium con-
taminari: neq; illum fas esse tam divino mu-
niri sceptro, aut coli obedientiâ; quem Põ-
tifex dudum sacerrumo fulmine percussis-
set. Exaggerabat rem tam incontinenti lin-
guæ petulantia: ut frontem contraherent
Principum pleriq; silentiû impudenti con-
vitiatori indicerent, minas opponerent. Pa-
rùm aberat, quin patientiâ in furorem con-
versâ, os homini depalmarent egregiè: ut
per quod membrum peccabat audacter,
per idem quoq; meritò puniretur. Sed vin-
cebat adfectum ratio: & ipse Cæsar constan-
tiæ, veriùs dicam, patientiæ admonebat
Principes. Quid? quòd huc accedebat Ot-
tocari invisa dominatio; qua non modò sa-
vus erat in suos, in vicinos asperimus: con-
jugis suæ parricida: sed Imperij insuper
feuda, Austriam pactis matrimoniali-
bus, Carinthiam ac Styriam emtionis

*Electionem
factam esse ab
execratis de-
-execratio; ver-
ba formalia
erant.*

*Pantal. par. 2.
-illustr. vir.
Emisit ad eû
occidendum.
Pythouissas
suis beneficiis,
sed conatu ir-
-r. 10. Chronic.
Austriale an-
-t. qu.*

titulo

titulo vindicare suæ libidini jam diu erat au-
sus. Revocabant rem altiùs ad memoriam
Cæsar, Electores, Principes: & suarum esse
partium videre cogitantes, ne quod deli-
quium pateretur Imperii amplitudo; exle-
gant Burggravium Noricum, & Henricum
Basiliensem Episcopum: qui Ottocarum
cohortarentur, ad Cæsaris fidem reverenti-
amque: & juxta reposcerent ea, quæ malis
artibus sua fecerat. Deponunt legati partes
officii sui, quâ par erat, fide ac dexteritate;
nihil modestiæ fines prætervecti. Vultis?
Ottocarum vobis adducam respondentem:
Egône, inquit, Rodulphi agnoscam majes-
tatem ullam? Quem servulum habui quon-
dam, meoq; obnoxium imperio; hujus ego
mandatis obtemperem dominus? Aut quis
mihî tam equa jura describet: ut restituâ Au-
striâ, Carinthiâ, Stiriâ; quas ego provincias
partim dotales, partim pecuniâ emtas possi-
deo: hætenus verò jure belli nō minùs stre-
nuè, quàm laboriosè defendi? Respondet le-
gati, frõte longè modestissimâ: feuda impe-
rii transferri neq; à foemina posse, neq; ad ul-

*Θεοὶ τὴν ἀδι-
κον βλασφη-
μίαν εἰς κε-
φαλὴν τῶ
λέγοντι τρέ-
προι.
Dii iniquum
convitium in
convitiatoris
caput retor-
quent, De-
mosth. epist. 4.*

lius

ὅτι δὲ πλείονοι εἶναι τὸν ἐπιτατὰ βέλτιστα, ἀν μὴ τὰς ἀκασομένους ἔχει. Nihil profuerit esse, qui optima suadeat: si, qui obtēperet habeat nemine. Demosth. exord. LVII. ἡμέγαλίσχον εἰν ἔοικεν ἢ φύσις ἐν τοῖς Φαύλοις. Haud adeo multum natura valere videtur in malis. Dio Chrysof. orat. 30.

lius ita possideri arbitrium; ut citra Cæsaris consensum atq; ordinum venundari queant. Sed frustra disputant. Quid enim cum eo facias, qui nihil pensi habet? cui voluntas pro ratione, impetus pro consilio, pro humanitate audacia, libido, furor: in eum nihil potest flexanima hominum eloquentia. Non satis erat, prodigum fuisse contumeliis verborum: nisi insuper, contra opinionem omnium, contraq; sanctissima jura & nature & gentium, atrocissima verba facto confirmasset detestando: uno atq; altero ex legatorum ordine ad portas suspensis. Quid ad hanc injuriam Principes spectatissimi? quid Rodulphus? Duro nodo durum aptant cuneum. Pensiculatiū enim rei indignitate perspectā ipsis etiam Bohemis clam sollicitantibus patrociniū Cæsaris; unā voce & sensu Ottocarum imperii hostem, ejusq; studiosum partis Henricum Bavarum designant: bellumq; & justum & necessarium contra perduelles indicunt. Præclarum certè facinus, atque immortalitatis honestamento dignissimum! Tum enim

Cic. pro S. Ros.

Cognominatus fuit Rixosus. Gerar. de Roo hist. Austr. lib. 1.

enim sperabilis est Reip. salus; cum ipsi etiā potētes pœne sive atrociā, sive infamiā submovētur maleficio: quos neq; jus, neq; amicitia in officio retinere potest. Quia verò, ut in alijs ad eundem lapidem bis offendereturpe est; sic in bello bis peccare non oportet: Rodulphus in vicinia prius putabat debellandum esse hostem, quā longinuiorem adoriendum: ne dum procul hostem quæreret, domi aleret cum imprudentia atq; infelicitate. Erat illi infestus, multaque per vim occupata restituere nolebat Eberhardus Comes VVirtembergicus: homo sublato admodum supercilij: qui, ne ululum mortalium venerari videretur aut metuere, se solius Dei amicum esse ajebat mundi verò totius hostem. Ab eo verò non subducebant se, sed adjungebant Marchiones Badenses: neq; hi solū; sed conjurati Sueviæ comites circiter sedecim: qui partim repetundarum rei, partim florenti Rodulphi fortunæ invidentes, iniquum esse putabant: ejus se dicto audientes fore quem loco olim parem & dignitatē habuissent

Prætorū delicta emendationem non recipiant: cū pœna statim sequatur errorem. Cato apud Veget. lib. 1. de remilit. cap. 13. Non oportet aliena captare, priusquam domi sit securitas. App. Alex. lib. 1. de bel. pun. Justum est bellum, quod propter res nobis captas, repetitas & non restitutas suscipitur. Liv. lib. 1. ἀμύχανον ἐν γένεσιν αἰτίας φθόνον ἀφ' ὅσων ἐν.

*impossibile
obus secundis
viciniam fu-
ere. Iosep. de
rel. Judaic.*

fent. Cæsar sibi & Imperio conservaturus auctoritatē, suis & Palatini generi copiis ita ferocientes in ordinē redegit: ut pudendā calamitate edocti, agnoscerent: fato dari magistratus defendi q̄; & in seipsos sp̄uere, qui adversus Olympum velint. His ergo vicinia sedatis motib.; oppidis quoq; aliquot Alsatia, Ergoja, Brisgoje, Turgoje ad officiū coactis: expeditionē suscipit adversus Henric. Bavarū, inde Ottocarū oppressurus. Felicē verò, sed & tempestivè prudentem Bavarum: qui cum prænosset, justam se Cæsaris irā fortitudinēq; sustinere nō posse: maluit exiguā adfectus clade, pacē petere; quàm amillis pertinaciā rebus omnib., in triumpho circumduci, spectaculū, lusus & jocus omniū. Atq; à Cæsaris paterna clementia obtigit illi venia: deprecante filiā illius Machtilde, uxore Ludovici fratris, jam tum reconciliati. Hęc ego cursim transeo. Excitandi jam sumus; ut Cæsaris arma splendidissima adversus Ottocarum lustremus, & commemorabile exemplum divinæ ultionis. Egreditur Cæsar, cum Bono Deo: sine cuius manu, seu tutelari, seu auxiliari frustra es, quidquid ag-

*Clementia in
quamcumque
domū perven-
nerit, eam felicē
tranquillamq; præ-
stabit. Sed in re-
giā quò rari-
or, eò admira-
bilior. Sen-
t. de clem.*

grederis; ut felici fortunæ flatu proveharis. Communitur tum suis, tum Germanorum copijs: stipatur à Ludovico Palatino, ab Henrico & Ottone Bavaris: adsunt Ulricus Hennebergicus, Henric. Cattimeliboc⁹, Fridericus Orttenburgicus & Zolleranus, Albertus Hochburgicus, Henric. Spanheimensis. Ipsi etiā ex oratorijs suis sese proripiūt Episcopi; Moguntinus, Colonienf., Salisburgic⁹, Herbipolensis, Ratisponēsis, Patavinus: comitatus hinc inde electissimā Suevię, Franconię, Alsatia nobilitate. Nobilitata est cū primis hac expeditione Præsulis Basiliensis audacia: qui primus in flumen prosiliens, ad insequendū suos, vel exēplo invitat; capit prædantes Bohemos; nudos alligat equis, secum asportat, tamq; tenet diu: dum muscarū aculeis confossi perirent miseri: reliqui à prædis deterrentur. Submiserat porrò Cæsari Ladislaus quoq; Ungarię Rex 20000. levis armaturæ equitū: ut per alterius latus animum suum exulceratū in Ottocaro mitigaret. Quanquā verò Ottocarus sp̄e locaverat suā in exercitu innumerabili, collecto ex bellicosissimo hominum

*Nec cert. amē
seu pralium in
bello, nec ali-
ud quidpiam
majoris mo-
menti aut pe-
riculi in bell-
vel pace ant
invocatū De
nomen est
principe, ut
Duce tenan-
dum. Xenoph
in fine l. 1.
Magna ne-
gocia ma-
gnis egent ad-
jutoribus. Vel
lei. Patercul.*

*Ob loca qua-
dam circa Po-
soniū ab Ot-
socaro prære-
pta, videlicet
Biberspurgiū
Tyrnavia. S.
Georgiū, Po-
singam, Alie-
burgum,*

m. b

G 2

minum ge-

*Omne corpo-
rum, robur,
omnis equita-
tus, armorū-
q; apparatus,
Deo nō adju-
vante, ab ag-*

Cheriburgū, genere, ex Bohemiā, Poloniā, Pomeraniā, mine formica
 Musenburgū Saxoniam, Misniā, Thuringiā, Silesiā, Mora- rum nihil dif-
 Lazius lib. 1. ferret Nic. Greg. 3. extr.
 geneal. Austr. viā; mirum tamen; in apertum se proferre
 6. 11. campum noluit. Cælum citius ruiturum
 credidisset Cæsar: quàm Ottocarum peti-
 turum pacem: & petiit; vel caussæ diffusus *Frangit & at-
 tollit vires in
 milite caussa.*
 suæ, quæ militis animum aut excitat, aut ex- *Qua nisi iusta
 subest, excutit
 arma pudor.*
*Propert. 4.
 eleg.*
 pugnat ante prælium; vel Brunonis Episco- *Bellorū egre-
 gios fines: quo-
 ties ignoscen-
 do trāfigatur.*
 pi Olomucensis hortatu: cùm Principum *Tacit. lib. 12.*
 Germaniæ animos nequidquam tentasset
 pecuniis: ut pro se adversus Rodulphum de-
 pugnant. Pietatem verò Rodulphi quis
 non hîc mirabitur? Poterátne adoriri ho-
 stem imparatum? poterátne dissipare con-
 fusos, fugare pavidos? Malebat tamen Im-
 perator humanissimus, cum Scipione, cum
 Cæsare unum servare civem; quàm mille
 hostes occidere. Consentit ergo in pacem;
 & mutuis pactis convenitur. Ottocarus,
 quod suadebat honestas, leges flagitabant,
 Austriam, Stiriam, Carinthiam, Carniolam
 resignat Rodulpho: & cùm approbasset, fi-
 lio suo, Venceslao, pusioni octenni, Guthā
 Habsburgicam desponsari; ipse quoq; se fi-
 dem

*Duo prasules
 Basiliensis, &
 Olomucensis,
 ille ex Rodul-
 phi, hic ex Ot-
 tocari partib.
 de pace inter
 se colloquun-
 tur.
 Plutarch. in
 vita.*

dem præstiturum Cæsari promittebat, quā
 par foret, solennitate, & ritu apud Impera-
 tores recepto: submissurum quoq; Rodul-
 pho trecentos equites, fabrè phaleratos;
 cùm ipse resq; flagitaret. Illud verò anxio de-
 precabatur animo: intus ut perageretur sa-
 cramenti sanctio, & intra tentorium Cæsa-
 ris: ne congeniculans ipse ad Cæsaris pedes
 Rex tantus, coram toto exercitu in rubo-
 rem daretur; fieretq; & vulgi fabula & deri-
 diculum omnibus. Timida quippe res est su-
 perbia: sed digna, quæ non modò in Otto-
 caro elusa fuerit; verùm etiam in alijs pari
 excipiatur irrisione. Quid ergo? Dum fle-
 xo poplite, ornatu magnifico, Cæsarem
 veneratur, in sella quidem regiā, sed sago
 amictum simplici: hem dolum jocularum!
 tentorium, laxato funiculo, in quatuor fis-
 sum partes decidit: Ottocarus patet, vide-
 tur, ridetur omnibus; scænæq; servire cogi-
 tur. Accebat hoc illi vehementer; &
 quamvis in præsentia subtrahendum puta-
 bat; eò tamen ruebat animo incontinenti
 ut pacta violare obid, Cæsarisq; amicitiam

*In insula Da-
 nubii Cæber-
 gâ. Gerar. de
 Roo.*

*Ann. CTD.
 CCLXXVII.
 Die xij. Kl.
 DEC.*

*Desinat elatè
 quisquā con-
 fidere rebus.
 Claudian.*

*Rupere fœdus
 impie iuri
 furor. Et ira
 praecept. Sen.
 in Hippol.*

non dubitaret. Quod si Regina mitigasset
mariti dolorem & cupiditatem: credo, non
suo jumento malum sibi attraxissent. At

Plerumq; muliebre consilium deterius. Tacit. lib. 15. animal.

Muliebris impotentia, est impotentia.

Dictum apud Liv. lib. 34.

Initium turbandi omnia, a femina ortum est.

Liv. lib. 1.

*προηγουμένη προηγείται ὕβρις
Præcedit ruina protervia. Nazianz. in velt. 1.*

quemadmodum Cæcias ventus, certum est
tēpestatis inditium: ita certissima nota im-
minentis in regno calamitatis: cum in aulis
aut mater, aut soror, aut uxor, aut cognata,
aut quæcunque hujus impotentis sexus fœ-
mina nimis crescit autoritate: ut ipsi adeo
Principi imperare, & ceu nervo lignum im-
mobile ducere ausit. Quod enim non puta-
bitis penetrasse; quàm non sauciassent Otto-
cari ægram mentem, hæc Künegundis suæ
verba, fœminæ supra hunc sexum fastuosæ?
Te verò, ait fulgurantibus præ furore ocu-
lis: te servo tuo cessisse tot ditiones, nobilif-
simam Bohemiã, regnorum regnum man-
cipasse: bellicosum adeo Principem, heu Se-
mideum antea, cujus à mari Balthico ad A-
driaticum profertur Imperium, eviratum
adeo, jam supplicem adorasse; quem? satel-
litē quondam suum: ut esset, cui scyphum
ad mensam ministraret novus Ganymedes!
Me miseram & infelicem! Hæc siccis ego in-
tuear

Plin. lib. 2. ca. 47.

Polona Alb. Aug.

Oratione plenius planiusque. En. Sylv. hist. Bohem. ca. 27. narrat.

DEC.

non

ε θ

tuear

tuear oculis! Non patiar hanc injuriã. Si tibi
expectoratus est usq; eò animus: ut fulgen-
tis ferri aciem intueri amplius, armorumq;
strepitum sentire non possis: ego meo rē ge-
rã remigio: & per fœcordiam viri amissa, no-
va ego Amazon, virtute muliebri recupera-
bo. Otocarus, homo cæterã fortis, & excel-
so animo; succumbit tamen, victus inconti-
vã fœminæ dicacitate: neq; id mirum. Sunt
enim pugnacissimi quiq; & peritissimi armorum,
fœminarum amorib; plusculum dediti:
quod vis illa irascendi in pectore animosa,
cum appetendi facultate, plerumq; validã,
commercium habet. Insanivit Ninus in Se-
miramide, Hercules in Omphale, Jason in
Medea, Samson in Delila, in Aspasia Peri-
cles. Quid? nonne Themistocles tantoperè
uxori suæ inservivit ut per jocum, quod pu-
er ejus vellet, id tota Græcia velle diceretur:
cùm pueri matri, mater Themistocli, Themi-
stocles Atheniensib;, Athenienses toti Græ-
ciq; imperarēt. Quanquã verò Otocaro sua
dicitur cordatissimi Bohemorum principes, ha-
runc nobilitate, standu pactis, & fidẽ dandi
vare

Rerum asse- mator semper injustus, dolor. Senec. in Troade.

Culpa est mariti, si uxor excedit modum.

Aristot. lib. 2. Polit. c. 9.

Plut. in Themistocle.

Viros triumphales, victores gentium, luxuria vicit. Macrob. lib. 3. Saturn.

Fides supremum verum humanarum vinculum. Quintil.

36 RUDOLPHI HABSBURGO.
 vare, non modò egregium, sed verè esse re-
 gium: obtinebat tamen infelix mulieris im-
 perium, pestilensque adulatorum turba;
 ut post annum, fractà pace, fines Austriæ at-
 pud Laam vastationibus hinc inde incurre-
 ret. Lacesitus Cæsar, ad necessarium redit
 bellum: & in ipso temporis articulo, cum
 de excursionibus cognovisset, omen conci-
 pit, prudentiæ plenum & pietatis: quoniam
 jurisjurandi religionem sprevisset Ottocarus
 & sibi sacroque Imperio resignasset fi-
 dem atque obsequium; Deum fore facti hu-
 jus vindicem, patronum verò causæ justis-
 simæ. Vellem nunc mihi facultas daretur,
 pro rerum dignitate figurandi: adhiberem,
 quos possẽm flosculos; & abuterer exquisi-
 to quodam lepore dicendi: ut successum om-
 nis rei geri ob oculos videretis. Sed pri-
 usquam altius excurrat oratio, illud incidit,
 nunquam satis laudatum. Innotuerat Cæ-
 sari; fraudes comminisci, qui causæ bonitati
 non possunt fidere. Præciverat: misisse
 Ottocarium multam vim auri quibusdam
 Austriæ militibus: ut vel in ipso militari

*Gravissimi
 morsus, irri-
 tata necessi-
 tatis. Port.
 Latro apud
 Salust.*

*Si injuriam
 deposueris pe-
 pes Deum, ul-
 tor est. Tert.
 de patiente.*

*innotuerat
 innotuerat
 innotuerat*

*Cæsar videns
 Ottocarum non
 stare promif-
 sis, recepit par-
 tem Austriae,
 quam pro do-
 te assignave-
 rat. Naucle.*

de reb. gest.

de reb. gest.

opere destituerent Dominum suum; vel
 cõsilia ejus quoquo modo interverterent.
 De cætero, militibus sedecim mille argen-
 ti marcas obtulit; curarent modò feroci
 industriã: ut Rodolphum vivum, mortu-
 um, integrum, læsum, sanum, semiani-
 mem (perinde foret) consequi posset.
 Atqui Cæsarem, potestate subnixum al-
 tiori, nihil remorabantur insidiæ: addam
 quid amplius: conveniebat eum nescio
 quis de hominum fece: & Ottocarum se
 in venatione, ferro, clam necaturum pro-
 mittebat; si factò præmium esset. Rodul-
 phus, qui virtute didicerat vincere, non
 faciariorum fraudibus, vultu hominem re-
 spiciebat parum gratiofo; & generoso, ut
 par erat animo, compellat & amovet: Et si
 noster hostis est Ottocarus, inquit: non
 tamen id efficiet: ut justitiæ & moderatio-
 nis fines transeamus. O vocem Princi-
 pis verè regiam! dignamq; adeò, quæ in-
 sonet intonetq; regicidarum auribus: qui
 nihil adeò penli ducunt; sive tollatur sicã
 princeps, sive glande fulminali, sive hau-
 stu

*Aeneas Sylv.
 lib. 3. commet.
 de reb. gest.
 Alphonfi.*

*Fraus cum in
 omnibus facta
 est; tum verò
 in iis, qui ma-
 jori dignitate
 sunt præditi,
 fedior est,
 quam aperta
 violentia. Thu-
 cyd. lib. 4.
 Qui fraudi-
 bus abstinet,
 propitiat De-
 um. Minut.
 Felix in Octav.*

stu venenato: modò nigerrimo illorum calculo, jure nullo, tyrannidis condemnatus fuerit. Eat nunc ostentatrix sui antiquitas: & Fabritium mihi magnificis prædicet laudibus: quòd vinctum Pyrrhi Medicum remisit: in illius castra, cum dominum veneno tollere promisisset. Major est Rodulphi candor & germanitas. Jam in aciem convertendi sunt

Entrop. lib. 2.

oculi: jam jam pugnas conferent duo fortissimi ætatis suæ Hercules: quos præstat observare, quàm Argentinæ ad stare opifici, miraculosam turrin eodem tempore excitanti. Maturaverat Cæsar iter; ne prius hostes, in seffis locorum augustijs, se prohiberent campo Niderspurgico:

An. Chr.

C I D. C C.

L X X I X.

Thom. Eberndorf.

C I D. C C.

L X X V I I.

Avērimus designat diē vij. K. l. Sept.

Acies, si bene disponitur, plurimum juvat: si imperitè; quamvis optimi bellatores, malà dispositione franguntur. Veget. lib. 3. de re milit. c. 14.

quo ipse disponit omnia, prospicit universa; designat aciem, fortissimum quemque in fronte collocat: ac ne novissimum agmē hostis invadat, valido præsidio cavet. Jam milites arma arma, manū manu conferere frementes, locū belli tenebant; leves Ungarorum velites carceribus suis

Erat dies Veneris, qua Rodulphus maximè præliari solebat. Id. Eberndorf.

erumpunt; hostem cum vix invenerant, urgent, cædunt. At, ô infortunium! ô salus in lubrico posita! quò te Cæsar tuiventem viderunt? cur te densissimis hostium telis obijcit pugnandi ardor & gloria? Nonne te satiùs fuisset, ex edito monte cum Xerxe spectasse prælium; quàm in periculum misisse: totius imperii salutem, corporis tui periculo, & laterum tuorum oppositu? Tota enim acies tua jam inclinata videbatur; & pugna, te circumfuso hostibus, plena erat terroris, miseræ, præcipitis ruinæ. Sed amor patriæ necessitasque præsentem & intermedium pugnae volebat: faciebatque tum optimus Cæsar; quod in tali re vel Moses aliquis, vel Josua, vel David, vel quicumque sanctissimorum regum facere potuisset: in genua provolutus, auxilium à Deo petit; cuius ope multò magis, quàm hominum armamentis bellafiniuntur, triumpho celebrantur. Corroboratus ipso divino Numine

Tu, cujus exita omnium fata pendent, ad nullū discrimen accedas? Constant.

Pantegryst. Vile corpus est iis, qui magnā gloriā petunt. Mutius Scævola, apud Liv. lib. 11.

Vicā sibi rex qui negat, multis negat. Senec. Thebaid.

Symbolum ejus diei fuit in castris Rodulphi, Christi: quod identidē ingeminabatur: Ottocari, Praga. Chrö. Austral. antiq. & ex eo Nauclet.

Auxilio opus Dei quoque habebat Hercules. Ex Synesio epist. C L.

*Diversum re-
fert Thomas
E'endorferus
in Chron. Au-
striae M. S. Cu-
manus Chri-
stianus excla-
masse, Teuto-
nicos Regnū
Romanorum,
alios Pragā,
Bohemos Bu-
dovez Bra-
cha. Conjicio
hunc Ducem
quendam fu-
isse ex illustri
Budoveciorum
familia.*

Cæsar, viam sibi cædibus facit: effusisque hinc inde sagittarum nimbis, per infestas acies interritus vadit; obstantia quæque perrumpit, dejicit, proterit. Herbotus Fullenstainius Polonus, an Volkēsteinus Thuringus, an quispiam ex illis Styriæ aut Carinthiæ, homo vasti admodum roboris immanisque staturæ, Cæsarem quærit undique, trajiciendum infelici hastâ: atque invenit: sed ab ipso Cæsare, inserto punctim per galeæ commissuram gladio, confoditur. Nondum poterat Rodolphus illustre facinus edere, sine novo periculo. Occiditur illius equus, magnâ cum trepidatione omnium; maximâ Alberti filii; qui primum parenti signum crucis præferebat. Profilit Cæsar, animo nihil fractus; pedesque pugnam sustinet: dum in Berchtoldi Capellæ equum se transferret. Inde pugnam redintegrat universam: instat acrius, urget vehementius, animat totum exercitum; planè Julium Cæsarem imitatus: qui collapsam aciem solus sæpè restituit: cum fugientibus se oppo-

neret:

neret, apprehensos retineret: quosdam etiam contortis faucibus in hostilem aciem converteret. Nec deest audenti Rodolpho bona fortuna: dicam veriùs magisque piè; Imperatori & pio & prudenti cælum militat, & mentes illæ, ab omni concreione immunes. Dumque exercitus Rodulphi caussam bonam manu agendam esse, exclamat: & standum vestigio, vel cadendum: Regio militi fiducia manuum in pedes vertitur. Milota primus ordinem fugam solvit: unde cæteri turbantur: vel quod pecuniâ corruptus: vel odio vindictæque studio accensus; cum Ottocarus neptem ejus ex fratre vitaverat: fratrem ipsum in carcere vivum ustulaverat; oblitus interim: nemini quidquam esse committendum, magni momenti; cuius animum quondam irritaveris. Cum eo auxiliares eunt præcipites, labuntur reclives, & se invicem festinando tardant; armati inermes, integri, faucibus, primi postremique miscentur; semineces vacillant. Hic jam occasio se obtulit, percussis instate:

*Nil homini
suavius, quam
ut hostes sibi
dent terga.
Nicotus.*

*Spil...
+ laud...*

H 3

nec

Sapientis Imperatoris est, fractis rebus cunctando consulere: secundis, non deesse fortunam. Constant. Panegyrist. In rebus asperis & tenuibus fortissima quaque consilia, tutissima sunt. Liv. lib. 25. nec dare tempus, ut se recolligerent. Ergo Cæsariani urgent, eminus, comminus; gladiis, hastis, punctim, cæsim feriunt: & quos cursu non possunt remorari, jaculis antevertunt: prona supinaque corpora in acervos coagmentantur passim. Capiuntur innumeri; præter quatuordecim milles cæsos, plurimi in servitum abripiuntur. Horret animus; cæsorum sanguine rivum hinc inde, & flumina spumabant cruore decolore. At de Ottocaro quid agitur? O Reges! ut subito ima fiunt summa, summa ima! Postquam ille desituitur a suis; vix quinque servulis comitatus; fortiter quidem dimicat: sed equo deturbatus; vulneribus circiter octodecim conficitur; collo tenus transfigitur cultro à Bercholdo Emervvechio Styro: cuius fratrem olim ligno infelici suspendi curaverat. Non admittebantur prolixæ sponsones pecuniarum ab iis, quos vindictæ siticulo sa libido ad furorem armaverat. Hoc fuit justitiæ divinæ providentiæque decretum: ut bellum hæc cupiditate & ferocia sus-

ceptum,

ceptum, infelici clauderetur exitu: cum in foetente, maligna contagiosaque cadaverum strage, ipsi etiam impuri Spiritus, circumquaque degentibus, immanem horrorem incuterent. Ac Rodulphus non mortem quidem Regis, sed impetratam victoriam exultans, ad Deum referebat pugnam bene pugnatum: plane ut Pytho cum admiratione adficeretur ab Atheniensibus, quod Cottym interfecisset: Deus hæc, inquit, mea usus manu perpetravit. Quid? quod plerisque grave est victoribus, fortunam concoquere latam: id fortissimo Cæsari accidit per facile: cum ipse, incredibili moderatone animi, & adfectum victoriæ jam exitum semetipsum superasset. A fortissima enim Bohemorum gente deprædatio nes avertit: Regisque corpus, ne portum à laxis & calonibus necatum diltrahatur, sedulo cavet; ipsi Imperatrice purpuram submittentem, quæ corporis honestas obnubere tur maritus, exsequias

imp.

Chronicon Austral. anti. qu. à Bercholdo dapifero de Emvverch. Con. sentit Naulclerus. Albert. Argentin. Bohemum ait. Plutarch. in polid. admon. Comari tam vastarunt Carinthiam, Austriam, Styriam, Moraviam: secumque ultra millia adpaganisni alri puerunt. Hist. Austr. antiq. idem & cæsi- ois aduca- ois & adu- padiv. Iniqua bel- lams bella, sal- vum band re- dit. Eurip. E- resche. Difficilius est, reperire virum, qui bona pulchri ferat; quam qui mala. Illa enim luxuria & impotentia multis: hæc vero moderatorem omnibus adferunt. Xenoph. Victor & licetia sine prolii- terminanda. Pacas. panegy. illi

idem & cæsi- ois aduca- ois & adu- padiv. Iniqua bel- lams bella, sal- vum band re- dit. Eurip. E- resche. Difficilius est, reperire virum, qui bona pulchri ferat; quam qui mala. Illa enim luxuria & impotentia multis: hæc vero moderatorem omnibus adferunt. Xenoph. Victor & licetia sine prolii- terminanda. Pacas. panegy. illi

--- Pulchrum est, vitam donare minori. Stat. Theb. 6. Natura injuriam facit, & humanitatis legem violat: qui ultra vi-
Etioriam & superatis hostib. iracundia indulget. Nicet. in vita Bal-
duin.

An. Christ. CIO. CC. LXXXI.

Annam, pro dolore, mortuam, quod nimis lugeret filiam, Carolo Siculo nuptam & irasmissam habet. Histor. Austral. antiq. Chron. Colmar. habet & in Nema.

illi fieri apud Viennenses, consentit. An hoc ullâ unquam obsolescet vetustate, quod nullum odii signum dedit in filium hostis immerentem. Namque illum in patrocinium suum, Ottone Brandeburgico tutore, Iglaviæ suscipit: dum Pragæ maturior ævi, regni paterni Rex proclamatur: totaque pax stabilitur nuptiis inter Gutham & Venceslaum, apparatu tanto: ut quotidiano epulo centum hominum millia exciperentur. Priusquam verò has cognosceret festivitates Cæsar; novercantem quoque experiri fortunam necesse habuit: ne prolixâ felicitate sibi placeret nimium. Nam inter expeditiones adversus Sabaudia Regulum, & Comitatem atq; civitatem Friburgensem, suavissimam suam conjugem, tot liberorum matrem foecundissimam, Viennæ è vivis abire vidit, gemit, flevit: & sequenti anno Hartmannum filium, adolescentem virtute supra hanc ætatem nave mersâ, cum tredecim adolescentibus prope Rin- augiam suffocatum Rheno comperit. At-

qui

Plin in Pane- gy. Ibi tum puellam octo annorum conce- pisse ex servulo decem annorum, & peperisse & mortuam habet. Chrö. Austral. An. Chr. CIO. CC. LXXXII.

qui ut ad lætiora redeamus; habet has vi- ces conditio humana: ut quemadmodum ex faustis infelicia, sic ex infelicibus fausta nascantur. Accidit Cæsari in comitiis Augustæ Vindelicorum, quod inter votis va & ipsius fuerat, & plurimorum dextrè sentientium. Designatur Albertus filius, Exarcha Austriae, Stiriae, Carniolæ, Vin- donum: non magis autoritate patris, aut principum beneficio; quam ipsis locorum procerib. magno id petentibus opere, virtute ipsâ hoc Alberto præmium decernente. Tam generoso furculo æquum erat, non alio, renasci stirpem Austriacam: quæ ab annis jam quatuor & decem extincta pari fraude, pari immanitate, in decollato Friderico exspiraverat. Hæc mihi perstringenda sunt duntaxat: neq; enim ullius est tanta dicendi copia: quæ non dicam, exornare omnia dicendo; sed ne delineare percensendo possit. Equidem & hoc mirari subit; inter ipsas fortunæ delicias, ita Rodolphum temperasse potestatem humanitate: ut à sui alloquio

Vit. à hominis omnē misceat dolor & gaudium. Phadr. in fabula 75.

Comitate atq; suavitate morum, omnes facillimè adamantinis tibi vinculis obligabis. Gregor. lib. 6.

I

repule-

repulerit neminē. Submovere pauper-
 los quosdā, ad eū adfectantes, conabatur
 fatellitū ejus: ut est quandoq; hominum
 illud genus importunum, & ipso princi-
 pe durius. Non tulit id benignissimus
 Cæsar sine stomacho; & hanc edixit sen-
 tentiam incomparabilem: Per Deum,
 date hominibus ad me accedendi locum
 & facultatem: non enim ideō ad imperi-
 um evectus sum: ut hominibus in arca
 præcludar. Quid hoc dici potest gratio-
 frus, quid excogitari sapientius? quā
 agnoscere principem; nō augeri propaga-
 riq; majestatem; cū intra latibulum
 palatinæ ædis includitur, tanquam Vesta-
 le aliquod secretum: sed admittendam ef-
 se in animum totius Reipub. curam: of-
 ferre se spectandum omnibus debere.
 Tam faciles erant ad Rodulphum aditus;
 tam ejus patientissimæ aures; tam beni-
 gna responsa: tam in vultu augusti decoris
 gravitas, hilaritate permixta, veneran-
 dum quiddam & amabile præsentabat. Et
 non æquemus Rodulphum gloriā Phi-
 lippo

*Maxima que
 que domus
 servis est ple-
 na superbis.
 Juvenal.*

*Nunquam est
 excelsior prin-
 cipatus; quā
 cum se publi-
 co submittit
 officio. Nazar.
 Panegy.*

*Εισιλευνία
 τον τό πονεύ.
 Laborare ma-
 ximè est regi-
 um. Plutarch.
 in Alexand.*

*Benevoli regis
 oculi, incita-
 menta ad di-
 cendi audaci-
 am. Aelian.
 lib. 8.*

*Lip. in monit.
 & exmpl. polit.*

*Plutarch. in vi-
 ta Demetrii.
 Cic. ad Q. Fr.*

*Zonar. in
 vita.*

*Ioan. Chropan-
 lates..*

lippo Macedoni; qui neminem, se adire
 volentem excluderebat? non comparemus
 Octavio, facilitate in audiendo, lenita-
 te in decernendo, in satisfaciendo dili-
 gentiā? non adscribamus inter pares An-
 tonini: qui noctu etiam volentibus,
 quamvis tenui valetudine uteretur, jus
 dicebat? non denique dicamus Rodul-
 phum æmulum Basilii Imperatoris? qui
 in omnes urbis partes emisit; ut, si qui
 vellent quid queri, Cæsarem in diatriba
 esse denuntiarent: quique, cū rescisce-
 ret, neminem suā ope indigere, gratias
 Deo egit; præ gaudio lacrymas non tenu-
 it. Credo ego; &, ut arbitror, opinio mea
 neq; vana est, neq; fluxa: hanc Rodulphi
 comitatem, clementiam, facilitatem in
 omnem Austriacorum prolem abiisse, tā
 quam à generis fūdatore. Sicut enim alites
 eandē cum parente fortiūtur naturam;
 eundēq; in pennis colorē referunt: sic pa-
 rentum tam vitia, quā virtutes, animi,
 corporis, in sobolem transfunduntur.
 An ego hoc sine divino factum esse Nu-
 mine

*ὅτι τῶν ἀν-
 θρώπων εἶδος
 ἀπὸ πλῆσινα
 τὰ ἤθη τῶν
 ἀπογόνων τοῖς
 πατέροις.
 In hominibus
 affines sunt
 mores nepotū
 avitis. Iul. Mi-
 sopog.*

mine putem? quòd, cum affabilis esset omnibus; consiliarios quoq; admiserit placidâ comitate: prudentum consilia & amicorum cohortationes voluerit esse liberrimas: non metu præligatas linguas:

Miser est Imperator, apud quem veneret centur. Capitol. in Gordian.

— nihil est, quod credere de se Non possit, cū laudatur, diis æqua potestas. Iuven. Sat. 4.

curiam elinguem instar nocentissimæ pestis esse, neminemque tam fore subductâ ratione sentiens, quin faili aliquando possit; nisi iudicio sapientum sustentetur. Eos autem, qui ad gratiam loquebantur, & hoc blanditiarum aucupio quæstum exercebant; plusquam novercali odio prosequerentur: lupis esse haud ab similes dictitans. Nam quemadmodum hi devorant incautos asinos; dum fricando leniter titillant, blandeq; scalpunt: sic illud hominum genus, fucatis verborum venenis id efficit: ut principum oculi primum cæcutiant & effodiantur: deinde amore sui tenerrimo sibi solis placeant: hinc imperandi incontinentia, vindictæ celeritas, legum abolitio, dolus, perfidia, pleno agmine in Rempubl. irruunt. Quid Neronem, liberaliter & honestè educa-

tum

Suetō. in vit.

1. Reg. 12.

tum moribus fecit ut obbrutiverit? Adulatorum turba. Quid Cæsarem armavit contra patriam sanctissimam? Assentatorum blanditiâ. Quid Rehoboamum à patrum clementia avocavit? Perditorum adolescentum assentatio. O utinam reimitati, Rodulphe, principes à personatis ejusmodi fraudatoribus oculos auresque suas averterent: qui profectò regum corda, sub amici nomine non vulnerant aliter; quàm fulmen ossa sæpè, illas à cute, diffringere solet. Hos palatii sorices tincasque mittamus: illud videamus; quam gratiosè Rodolphus hoc suum audientiam studium commendaverit, cultu atque ornatu corporis, non picto illo, aut apparatu Asiatico: sed vestitu neglecto, & simplici; à plebejo parum differens. Etsi enim aurum, sericum, gemmæ, commendant quandoque principis magnificentiam: virtute tamen plebi eminere,

Alphonf. Arag. apoph.

visum est decentius multis regibus; quàm purpurâ aut lapillis pretiosis: quibus & negociator aliquis fastuosus, aut versipellis

Plus nocet lingua adul-toris, quàm gladius periculis. Illeto.

Pessimum inimicos um genus laudat. Tacit. vit. Agricola.

Gemma & similia non veritate bona sunt, sed veritate Tertul. de cult. scilicet.

Anullo periculo fortuna principum longius abest, quàm ab humilitate.

Plin. in Panegy.

lis mango se pingere potest. Ingreditur Lipsin monit. & exempl. polit.
Rodolphus Moguntiaci in pistoris casam

furnariam: ut aura cum esset rigidior, Chronic. Col. mariense.

Vita principis est cœsura, eaq; perpetua: ad hanc convertimur: nec tam imperio nobis opus est, quam exemplo. Plin. in panegy.

ad prunas se calefaceret: credo etiam milites ferre laborem doceret, & pompam atque mollitiem aspernari. Non fert impudens & imprudens fœmina tanti hospitium accessum: parumque decere ait, ad mulierculas tam latenter venire; tam improviso in alienam domum irrepere. Rodolphus, materiam joci nactus, sciteque fœminam & facetam negligentiam elusus; militem se ait; qui cum stipendia sub Cæsare confecerit omnia; suas quoque anticipi Martis aleam perdiderit opes & facultates; jam sine spe, sine re, sine nomine, vitæ reliquum duram paupertate fallere cogatur.

Rara felicitas temporum; ubi sentire quæ velis, & quæ sentias, dicere licet. Tacit. lib. 1. histor.

Haud cunctata mulier; bellè factum, clamitat: eodemque mactandos infortunio omnes, quotquot sequantur, Cæsarem, pestem civium, pauperum scopulum & exitium. Cui non hæc verba bilem excussissent? quam acres relinquit aliqui dolorum aculeos con-

at I tume-

tumelia, quam imponit inferior! At incognitus, & sub persona latens Cæsar, probè perspiciens, quam prodigus hic sexus esset, & ordo plebeius dicacitatis; aspernari convitia maluit, quam agnoscere: ridensque procacis linguæ incontinentiam, quærit: quare tam atrociter læsi unquam cives fuerint? Tu verò, subdit, tam es rerum imperitus, ut hoc ignores: quotquot in hac urbe pistores sunt, opibus heu quondam adfluentissimi, nunc ita esse fortunis suis everfos: ut vix, restim unde emant; superesse iis videatur. Apage ergo tuum mihi Cæsarem: & cum dicto vas aquarium in carbones ignitos profundit: ipsumque patientissimum Cæsarem, pluram dicere parantem, fumo, cinere, sordibus adpersum ejicit. O eximium, & supra Cæsares Cæsarem! qui divinius quid putasti; injuriam non agnoscere, quam ignoscere: tutiusque esse ad gloriam & securitatem principi, non omnes verborum

Contumeliarum patientia ingens instrumentum ad tutelam regni. Sen. 3. de tranqu. c. 23. Nunquam taceret, quæ morbus tenet loquendi. Gell. lib. 1. cap. 15.

Non minus principem ornat clementia, præsertim in causa, quæ ad ipsius injuriam privatim attinet. Joseph. antiqu. Iud. lib. 2.

Lips. orat. de calumn.

nugas

*Magni animi
est proprium,
placidum esse,
tranquillum;
Et injurias at-
que offensiones
semper despi-
cere. Senec. de
et. lib. cap. 5.*

*Meliora me-
retur suscipe-
re, qui colla-
ta bona de
corde nō pro-
batur amitte-
re. Cassiod.*

nugas re persequi. Sapientissimum credo Romanorum Catonem secutus est: qui colapho impetitus ab homine nefario; satisfaciendi postea illi, deprecantiq; Non hercules, inquit, animadverteram. Minus dixi de Rodulpho, & prope infra ejus mansuetudinem atq; clementiam: qui animi sui æquitate ac moderatione Catonē longè superavit; pro contumeliosis dictis rependit insuper beneficia. Nā mensæ illi adsiduo cum dapifer caput porci, inter delicias habitum, apponeret; vesci eo nolebat Cæsar: pistoris maledicam accersit uxorem: jubet redire in memoriam, quid de milite haud ita pridem actum fuerit: patellam offert cum carnibus; vini quartarium propinat; gratias agit: quod sibi per ejus benevolentiam ad carbones calefieri permissum fuerit. Agnoscit importunitatem suam mulier, & procaciam linguæ: sed & culpam, quibus poterat verborum melliniis, deprecatur & pœnam. Quid Cæsar? Jocus ex joco nascitur. Negat se gratiam fœminæ facturum: nisi illa

sine

sine metu, sine motu, quæ in occulto vituperâret, in oculis omnium, in corona totius aulæ repeteret; fabulam sine teste actam prius, denuò repræsenteret. Lupum auribus tenere sibi videbatur fœmina: cum prælagiret palpitanti corde animus; quàm justè sæpe per jugulum redeant verba, quæ in Principes effundere temeritas solet atque intemperantia. Sed tamen securæ lenitatis Imperatoris, nihil tergiversatur: quin potius irritata semel atque iterum, quæ dudum effutiverat, multâ verborum profluentiâ regerit: ut res universa risu transacta fuerit. Quidni verò liceat, misero jocosis seriâ, inter tot fastidia onerosissimæ Reipublicæ? Noverrat hoc temperamentum sapientissimè Rodulphus; qui & facetus erat ipse, citra vilitatem & impudentiam; & aliorum festivè dicta ferre absque bile, atque etiam concoquere poterat, Cappadocis sacrificuli maximè, absque animi morfu, rancore & vindictæ studio. Duos Legatos mirabatur; quorum alterius capilli nigri-

K

cabant;

74 RUDOLPH. HABSBURG.
cabant; barba incanuerat: alterius barba
nigrore, capilli canitie erant decolores:
Hic lætā quādam sermonis venustate:
Non prius inquit, dimittam vos; quā
causam mihi feceritis planam: quā fiat;
quod tam dissimili tincturā pili vestri di-
versis locis perfusi fuerint. Quid facerent
Legati? consilium ex ipsa, quod dicitur a-
rena capiunt; & jocosè percontanti, joco-
sè respondendum judicantes, prior ait:
De ore suo, unde lautè ederet ac biberet,
maximam se vitæ partem fuisse sollici-
tum: non perinde caput adflixisse medi-
tationibus: itaq; hoc nigredine, illud canit-
ie investiri. Subjiciebat posterior: caput
sibi esse coætaneum; barbam annis de-
mum quatuor & viginti post enatam: nec
debere videri mirum; nigram esse bar-
bam, capillos incanuisse. Non utebatur
neque Cato tam felici dexteritate, ne-
que Legati, quos reprehendebat, ituros
ad sancendam pacem inter Nicomedem
& Prusiam. Videbat equidem Cato al-
terum lapide quondam petiitum, cicatri-
cosam

PANEGTR. HISTORIC. 75
cosam frontem ostendere, pedibus la-
borare alterum, tertium ingenio esse
vecordem & bliteum: quo adducebatur,
ut dicterium in eos jaceret: Populum
Romanum mittere Legationem, quæ
neque caput, neque pedes, neque cor
habet. Non ita erat horridus & asper
Rudolphus; qui cum didicisset multis vi-
tæ experimentis: fertile esse scomma in-
juriarum; ne scurræ quidem illi oppo-
suit verbum duriusculum, à quo se haberi
pro ludibrio cernebat, in rebus cunctis
perspicax. Aiebat ille, majori dicam fe-
licitate, an levitate (non enim hodie
demum accidit, ut nequiores utantur
fortunâ mitissimâ) transire sibi per pla-
team non esse integrum: cum Cæsaris
narus, insanæ longitudinis, viam inter-
cipiat, iturientem prohibeat: Rudol-
phus, subridens leniter, tantillum in-
flexit nexum digito: blateronem impu-
rum transire jussit. Sed quid ego inter
jocularia delitior prolixius ad tribunal
Cæsaris regiamque ejus me converto.

K 2 Quam

76 RUDOLPH. HABSBURG.
Quàm enim, ad pacis ornamenta quæ
pertinerent, & incrementa, præsentiebat
sagaciter! quàm erat vigilans ad viden-
dum! quàm contemplabatur præsentia
acriter, ventura prolixè, ambigua certè,
perplexa planè. Exulantes relegatasq; vir-
tutes quodam postliminio reduxit: justiti-
am, honoribus & quasi virginali pudore
defloratam restituit: concordiam &
amicitiam, amictam purpurâ; regali solio
collocavit. Constantienses cum vicinâ
nobilitate ita in gratiam redegit: ut utris-
que pacem esse expediret: quo beneficio
fruebantur quoq; Tigurini, Suitenses, U-
rii, Basilienses, Scaphusii, Brisgoji: quos
omnes æquissimo inter se jure & fœdere
conspirare maluit: quàm admittere, ut
ambiguâ rerum animorumq; distractio-
ne, civilibus se conficerent pugnis, Rem-
pub. pessundarent. Neq; id de nihilo fuit;
cùm exitiales sustulit, & inveteratas ami-
citas: quas Eginus comes Fürstenbergi-
us, contra Sueviæ civitates imperiales ex-
citarat. Quod verò Comites VVerden-
bergios

PANEGTR. HISTORIC.
bergios & Dokenburgios solâ nominis
existimatione terruit, Bernates permov-
vit; ut abijcerent arma, pacem peterent,
gratiam invocarent Cæsaris: in eo non
miremur, non ad cælos efferamus divi-
nam Herois auctoritatem? Hoc illud est
præsidium: quo Samnites solâ Romano-
rum umbrâ se tutos opinabantur: quo
Pompejus vincebat, cùm nusquam esset
corpore: quo prisca Germani bella profli-
gabant: terror videlicet ac magnitudo
nominis. Prospiciebat & hoc prudentissi-
mus Rodolphus: duo esse, quæ gentem
quamvis exponunt contentibus omni-
um: servitus barbara & nimix sordes:
quarum illa ex principis imperio illibera-
li; hæc ex nimia rerum omnium inopia
proficiscitur. Quocirca, ut est boni pa-
tris in domo; sic optimus hic princeps in
Imperio effecit: ut cives sui viverent in
urbibus & salubriter, & tutè, & jucundè,
& honorificè. Neq; enim antiquas tantum
confirmavit urbes privilegiis: sed com-
munivit civitatis jure novas; Eslingam,
et alq

*Liv. lib. 7.
Patere. lib.
post.*
*Strab. ex Ta-
cit. de morib.
German.*

*Auctoritas sa-
lus & custodia
principatus
Curt. l. 8.
— plus nomi-
nis horror,
Quàm tuus
ensis aget.
Claudian.
Theod. Imp.*

*Tu civem pa-
triam, geras,
tu cōsule cum-
Eis,
Non tibi: nec
tua te move-
ant, sed pu-
blica vota.
Claudian. 4.
Hon. Conf. l.*

*Alti Eslingam
& Reitlingam
à Friderico
Cæsare civi-
tatis jure do-
natas, ann.
1215. Hailbrū-
nam an. 1240.
Dresser. in
urb. Germ.
Aventinus a-
i, factum id
propter infir-
mitia nobilita-
tis. lib. 1. an-
nal. Boj.*

Reütlingam, Hailbrunnam, ad Nicrum omnes, describi urvo, cingi mœnibus, & aliis Imperij civitatibus associari voluit. An sicco pede illud præteream? quòd rescripta, privilegia, instrumenta, Teutonum linguâ edi voluerit: quæ tum Romano data fuerant sermone, plerisque è nobilitate aut obscuro aut ignoto. Dicit vix potest, quanta dignitas inde, quàm honorifica existimatio ad vernaculam nostram linguâ accesserit: cujus nitor, puritas, amplitudo, copia, si tam à nobis propagaretur studio atq; industriâ; quàm cõtaminatur exoticis sciolorum dictiunculis; major & linguæ & nominis nostri apud exteros foret majestas. Ab hoc loco, dũ ad alia me transfero: rem dicã, non tam cuiquàm incredibile; quàm insperatã multis, quod esset difficilima: mirabilẽ omnibus, quia singularis: sed ita gestã esse, res loquitur; & ipsa rudera testantur, quæ in Thuringiæ locis apparent plurimis. Infestabat tũm fertilissimam regionem effusa latronum colluvies; qui jamdiu non sylvarum ampliùs

plius se tegebant latibulis; sed ex speculis, ex castris arcibusq; & arte & naturamunitis prædabantur. De his Centauris agendus erat triũphus. Itaq; eorũ arces supra octuaginta, Erphurdienũ auxilio, nõ modò oppugnavit Cæsar, expugnavit, diruit: sed ipsos quoq; latrones protraxit: & plerisq; loco natis ignobili, gulam laqueo frangi jussit. Nec satis istud: statuendũ erat justitiæ splendidius documentũ. Nobiles, inter eosdem, non pauci, qui in cæde, & ex cæde vixerant, nullum sceleris sui invenunt patrociniũ, neque in splendidis majorum tabulis, neq; fumosis titulis parentum: quin gladio illis caput demetitur: ut qui sanguinem effuderant, eorum yicissim sanguis effundatur. Dignum profecto ad omne ævum, sed õ rarum hoc licetioso seculo exemplum! rariores, qui cum Rodulpho, nomẽ rigidi executoris prudentisq; justitiæ ipsa re obtineant. Certè nec ipsi Dii, si quid egerant pudendum; si cum Jove aliorum uxores vitaverant; cum Saturno parentes castraverant; cum Mercurio boves abegerant; Dii ampliùs

*Sumfit suppli-
cium de 29.
prædonibus,
quos Ilmena-
vi ceperat.
Dassel.*

Euripid.

Iussu puniuntur, qui licitis abutuntur: justus verò puniuntur, qui aliena rapere consentur: sic Satanas cælum: sic proplæstus perdidit Paradisum. Hug. l. 2. de anim. Bonis saluti est, quisquis punit improbos.

Hilar. Pontifex ait: reatu majore delinquere illum, qui potiore honore perfruat: & graviora fieri peccatorum vitia, sublimitate peccantium.

*Criminosior
culpa est, ubi
honestior sta-
tus: si hono-
rator est per-
sona peccan-
tis, peccati
quoq; major
invidia.
Salvian. lib.
4. de guber-
nat. Dei.*

ne in Ethnica superstitione esse poterant. Et nos eò prolabemur injustitiæ; Nobilis dignemur gloriâ eum, qui nullâ virtute, nobilitatis tesserâ, noscibilem sese commendet? Atq; hæc latronum receptacula, postquam Germanicus noster Hercules demolitus erat; vehementer non modò ii, quibus sensum natura dedit; sed etiam tecta atque agri tum lætari videbantur. Tum viatores, ii præsertim, qui mercaturâ rem faciebant, tutiores sibi gloriabantur merces suas in trivis, in semitis; quàm in canponum abstrusissimis antea, munitissimisq; recessibus exstitissent. Etiam pro tribunali cum sederet in curia, justitiæ erat tenacissimus: proq; ea afferenda res abstrusissimas ingenio pervidebat eò usq; ut in apricum proferrentur. Deferebat ad illum Mercator Norticus Hospitem; à quo sibi ducentas argenti marcas tagaci manu subductas querebatur. Erat Hospiti opere Phrygio & plumis pileus perelegans: cujus se amore accendi fingebat Cæsar: impetrat; per fidum internuntium

tium mittit Hospitæ, mariti nomine: istoque quasi symbolo deposcit sacculum cum ducentis marcis, pro mercimoniâ coëmenda. Succedit bonus dolus; quo confirmatus experiri Mercatorem jubet caussam suam: Hospitemque negantem convincit, multâ adficit; Mercatori, quod furto videbatur deperditum, restituit. O amabile justitiæ prudentiæq; consortium! Dum autem, quâ domi, quâ foris securitatem præstabat suis Rodulphus; non ita certus suæ salutis. Tantillum enim aberat; & vel imperio fuisset, vel cum eo vitâ privatus à malitiosissimo fraudatore: nisi ipsum autorem suæ ultæ fuissent furia artesq; pessimæ. Quid enim inau-

*Vetus Saxon.
Chronicò vo-
cat eum Tilo-
nem Collupi-
um; Avētinus
Fridericum
Stuphiū: qui-
dam Holz-
schuch.*

sum relinquit humana pravitas, ubi spes domini adfulgeat? Veterator quidam componit fabulam, poëta ipse & actor: seq; Fridericum Imperatorem, jam ante duos & viginti annos desideratum, fingit reducem, vulgatq; redivivum. Ne mendacio color deesset, aut cerussa ad mangonium qualiscunque, in vulgus spargebat,

*Imperia pre-
tio quolibet
constant bene.
Pessimè Po-
lynic. apud Se-
nec. in The-
baid.*

Ore durissimo, sine fronte: præ tædio atq;
 onere laborum in Imperio, secessionem
 se quondam à suis fecisse; agricolam mor-
 tuum, suo loco, deposuisse in loculum: se
 verò habitu attrito peregrinatum. Nunc
 reversum, ut imperij clavum, recipiat
 modereturque. Erat subditivo isti, ut Fri-
 derico, rara quædam oris gravitas, forma
 similis, par ætas: erat totius stemmatis
 notitia: militibus verò & equestri ordini
 commemorabat Friderici dicta, facta, eo
 colore: ut credulum vulgus, insito quo-
 dam novitatis appetitu, in nassam suam
 attraheret. Sed quid vulgus dixi? In tota
 inferiore Germaniâ, magnas sibi adjun-
 gebat vires, nobiles urbes: ipsos quoque
 Thuringiæ Landgravios, ætate nondum
 provectâ, unâ cum Henrico Brunsvi-
 censi fuco specioso, personæ suæ ac falla-
 ciis addictum reddiderat? vix anno ver-
 tentè, bis mille & quingentas argenti
 marcas, ut corraserat, sic prodegerat. Quo
 credimus fuisse animum Rodolphum ad-
 versus hoc monstrum? Veniebat in men-
 tem

*Noquitia fa-
 cile imitato-
 res invenit.
 Philo.*

*Nullum viti-
 um est sine pa-
 trocinio. Pa-
 norm. dedict.
 & fact. Al-
 phons.*

*Chronicon
 Colmariense
 refert sub an.
 1295. post mor-
 tē Rodulphi.
 Ostentabat se
 pro Friderico
 juniore Sue-
 via. ait Egnat.
 lib. 3. Rom.
 princ.
 An. Chr.
 c l c. c c.
 LXXVIII.*

L. Flor. li. 49.

Suetō. in vita.

Justin. lib. 35.

*Chron. Vor-
 mariense ha-
 bet, cum Fri-
 deberge cum
 duobus copli-
 cibus combu-
 stum fuisse.
 Egnatius ait
 combustum.
 Novesii, l. cita
 to. Pat. al. Nus-
 sia ex Lazio.
 Eberndorffe-
 rus Moguntia
 ait deprehen-
 sum.*

tēm; hisce imposturis, ex quadam oris si-
 militudine, rerum summam ad vilissi-
 mum sæpe homuncionē devolutam esse.
 Gesserat se pro Philippo, Persei regis fi-
 lio, Andruscus quidam, infimi sublellii
 homo: sed à Metello in catenis Romam
 ductus triumphatusque est. Vendebat
 se pro Agrippa Posthumo, Tiberii tempe-
 state, ignobile mancipium: sed detractâ
 personâ, clam homo & tormentis exqui-
 sitis necatus fuit. In Syria quidam è ple-
 be nequam, etsi annos novem, menses
 decem gubernasset imperium, rex histri-
 onicus & imaginarius: ipse tamen Deme-
 trius, voluptatibus eum solutum inter
 scorta & compotores adoritur, superat,
 trucidat. Has tecturas prævidebat
 Rodolphus; sed certus, non posse diu
 palliari mendacium, Rheno prono de-
 scendit: Pseudo Fridericum varia molien-
 tem, capit: & Vezlariæ in Cattis, præsti-
 gas confitentem artesque Magicas, cõ-
 bustit vivum: ut periret fumo, fumum
 qui vendiderat: de ossibus ne vestigio

*Ὁδὸς τοῦ
 θεοῦ
 πολὺν
 χρόνον.
 Div. latere nō
 quunt men-
 dacia. Me-
 nand.*

84 RUDOLPH. HABSBURG.
 quidem relicto: quemadmodum ex pro-
 genie improba ne catulus quidē est con-
 servandus. Sed quo feror? novam quan-
 dam patior ex copiā difficultatem: ut quid
 deligam, sim dubius. An orationem ad id
 referam? quod senectutem Cæsar lenitu-
 rus suam, eo ipso anno, quo mel pluerat
 in Alsatia finibus, Agnetem Burgundam,
 Galliarum regis neptem formosissimam
 matrimonio sibi junxit secundo; sterili,
 sed quieto cætera, & verè secundo juxta-
 que amabili. Amabili dico; quippe ne
 sua, ne conjugis evilesceret auctoritas;
 comitem Leningium, Spirenses Episco-
 pum, exilio multavit: quod protervus
 homo, oblitus castimonie sacerdotalis,
 gravitatis Germanicæ, pietatis in P rinci-
 pem, non dubitaverit, repugnantem A-
 gnetem osculo petere: cum curru eam le-
 vasset, officio honorario. Illud quoque
 præ nobis ferendum; quod ad laudem
 non minùs principis, quàm commodum
 Reipub. pertinere certum est. Civitati-
 bus Italiae, Bononiae, Florentiae, Genuæ,
 Lucæ

An. Chr.
 c l o . c c .
 LXXXIV.
 Iussit eum, a-
 liud pacificale
 de osculandū
 querere: hoc
 sibi soli emp-
 tum. Cuspin.
 & alii.

Michaël Saxo
 pag. 97.

O ignis infer-
 nalis luxurial
 cujus materia
 gula, cujus
 flamma su-
 perbia, cujus
 scintille prava
 colloquia, cujus
 fumus infam-
 ia, cujus cin-
 nis immundi-
 tia, cujus finis
 gehenna. Hie-
 ron. in epist

Lucæ per Legatum Hohenecium, liber-
 tatem pretio concessit: non avaritiā qua-
 dam; aut neglectu imperij; sed quia per-
 exiguum ex iis fructum, onus maxi-
 mum in imperium redundare jam vide-
 bat. Quis enim est adeò secors; qui onus
 suscipiat Atlantæum; ex quo nullum sen-
 tire commodum possit? Et distrahebatur
 tum Italia universa, furiosis Guelphorum
 & Gibellinorum factionibus: ut sagacissi-
 mus Cæsar, cum neque domi satis pacata
 haberet omnia, nunquam induxerit
 animum, salutare alienam à Germanis
 Italiam. Caussam rogatus, & cordatè re-
 spondit, & sapienter ex leonis lupique
 apologo:

Cæsar se ta-
 men dicto au-
 dientes fore
 promiserunt.
 Gerard de
 Roolib. i. hist.
 Austr.
 Hohenecium
 vocat è gente
 Flisca, Nau-
 clerus.

— quia me vestigia terrent,

Omnia me vorsū spectātia nulla retrorsū.

Atque utinam cautione hac usi fuif-
 sent, & prædecessores ejus & successores!
 non tot tamque præclari Imperatores,
 fat scio, vitæ fortunarumque suarum ja-
 cturam fecissent. Aureum ergo Rodul-
 phi scitum, dignum adeò, quod pectori

Potentiam, divitias, imperiū vel mulier, vel puer potest alicui imponere. Ut autem is, qui magnam est adeptus potentiam, tolerare eam & administrare possit, neque mole rerum conteratur, aut subvertatur; viri est, virtute, mente, atq; animo præditi. Plutarch. orat. altera de Alex. fort.

imprimatur altiùs: Benè imperare meliùs, quàm regnum ampliare: planè ut Scipio, qui cùm Censor esset, noluit in carmine tritum illud poni, Dii augete; sed Dii conservate Rempublicam. Et quid tandè in Rodulpho erit: quod cujusquam prædicatio vel transilire vel prætervehi debeat? In Burgundiâ quid præstiterit, illustrius est; quam dicendi ulla Venus aut gratia exornare possit. Videbat partem illam imperii nutantem, ac jam penè inclinatam, confirmandam esse. Educit non tam numero constantem exercitum, quàm viris: vastat Montisbelgardum; Bruntrutum in ordinem cogit; imminet terrificus toti Burgundiæ. Exlegat ad Cæsarem Philippus Pulcher Gallorum Rex, qui nuntient magno verborum horrore: ni desistat Rodolphus loco; propediem adfuturum Philippum, nullo impediente. Parum aberat, quin cacchinnis oratorem excepisset Rodolphus: & progredietur, inquit, Rex tuus; quem ita excipiemus

Alij hierographiam tribuunt ei, sparum & olivâ, brachio ferreo cõprehensam cū Symbolo: Vtrum lubet: quasi cū Romanis eodem sinu & pacem & bellum offerret.

An. Chr. c lxx. c c. lxxxix.

mus: ut non saltandi, neque restis ducendæ causâ, nos hic consedisse discat; neq; tam proclive esse, arma vibranti manibus leges præscribere. Agnoscebat rex Cæsaris animum ex fermone, ut cantu avem, ungue leonem: neq; putabat, ad certamen esse provocandum aquilam; cuius fortitudinem tam erat difficile sustinere; quàm proclive illi succumbere. Cæsar Burgundos tam pertinaci premit obsidione: ut, post habitis ciborum lautitiis, urgente annonâ ipse erutis rapis famem sedaverit: quasi cum Tacito Augusto docere & milites & Duces constituerit: frugales mensas olusculis & legumine Pythagorico instructas, multò lautiores esse, quàm Milesiorum sumtuosa fastidia. Quod cùm prænosset, in exercitu quam esset conducibile; exegit castris, cum famæ exauctoramento, omnes; qui delicatâ gulâ cibos opiparos appetebant. Perfecit denique constantiâ suâ Rodolphus, & frequenti Helvetiorum excursio-

Soni homines, ut erat tinnitu dignoscuntur. Quintil. L.

Minus mortem timet, qui minus deliciarum novit in vita. Veget.

Quid est, quo vesci non cogat famas? Aug. 15. civit. 27.

An. Chr. c lxx. c c. lxxxix.

curfione : ut Comes Chalonius, trepidante universâ Burgundiâ, pacem oraverit obsessis & exoraverit : Cæsari verò, & toti Imperio Basileæ fidem sanxerit. Rursum excitabatur lætitiâ; quam non modò in universo Imperio præ se ferebant incolæ, accolæ : sed videbatur in societatem gaudij exilire ipsa etiam Mater tellus: quæ paulò ante Christi natalitia se floribus vestivit, arbores ornavit folijs, fructu se exundavit : ut venatores tum fraga legere in Alsatia campis atque convallibus possent. Hic locus nimium quantum mihi suppeditaret orationis : nisi & modus indicendo esset quærendus, & ad portum hæc cymba convertenda. Jam quindecies reportaverat ab hostibus victorias Cæsar:

Magnum oppus sustines capite, regium insigne: hoc aut moderatè perferendum est; aut quod abominor, in te ruit. Cobanes Bessio apud Curt. lib. 7.

Inde Victorio- si nomen cõ- secutus. Com. histor.

Dassel. in Rodulph.

cùm appropinquante postremo vitæ ætu, ægrius ferebat negociosam curarum molem. Quid enim illud? quòd cum regium diadema quondam ante se explicatum intuitus, suspirabat: O quàm amabili fulgore perstringis oculos spectantium; sed si mortales scirent, quantum sub

te

te molestiarum lateret; nemo etiam humo sublevaret. In summo tamen rerum difficilinarum onere facit, quod bonus pater de liberis cogitat. Cùm jam lenta febris succum omnem exhauriret corporis; de salute imperij, post mortem quoq; suam stabilienda cogitationem suscipiebat: filium Albertum Francofurti successorem proponebat. Quod cùm peragi non posset tum temporis; redit Cæsar Erphurdiam: nullam laboris partem sibi minuens; quòd, ex Vespasiani scito, certò statuerat: Imperatorem stantem mori oportere. Spiram Vangionum se deportari jubet, ingravescente tabifico morbo: & properandum sibi (jocatur fortissimus) ut reges illic conveniat: mirum ut prædecessorum suorum monumentis inferatur. Voti sui apicem attingit;

Febrim heeticam appellat Pantal.

Sueton. in Vespian.

An. Chr. C. D. CC. X. C.

Doghton ait, exspirasse eum Spira præsentè Imper. serice, Bohemia rege, multisq; præclaris principibus, ex Naclero. Ait & Dassel.

ἀεχων ἀγαθὸς ὁ δὲ ἐν τῷ πῶς ἐστὶν ἀγαθὸς. Bonus princeps nihil differt à bono patre. Xenoph. lib. 8. Cyropæd. Tempori cedere, id est, necessitati parere, semper sapientis est habitum. Cic. ad Torq. Viris fortibus et generosis nullus laborum finis est, eorum præsertim, qui ad gloriam et decus ducunt. Arrian. lib. 5.

imò antevertit, opinione citius: cùm Germeshemij in Alsatia hoc corporis solutus carcere, sine fremitu, sine gemitu gloriosam animam Deo sospitari commisit: corpus, tam divinis habitatum virtutibus, Spiræ prope Philippum Suevum, Barbarossæ,

M filium,

filium, in spem resurrectionis repositum
 fuit. Hanc Cæsaris mortem nemo e-
 rat, qui animo ferre æquo potuerit. Lu-
 gebant Septemviri; mœrebat Principum
 ordo; imperij facies confecta senio videba-
 tur; squallebant urbes, villæ, agri, ejus
 expectatam esse mortem; cuius ope-
 jus, æquitas, leges, religio, pudor, pu-
 dicitia in imperio vigerent. Versaba-
 tur terror ante omnium aures, oculos, a-
 nimos: quòd ab omni ævo comprobatum
 sit; exitiales & portentosas esse Principum
 mortes: eoque formidabant, credo,
 magis; quod circa hæc tempora exustâ
 propè universâ Pragâ, mulier quædam
 leonem peperisse dicatur, in agro Con-
 stantiensi; qui Rodulphi fundis vicinus
 ac penè patrius erat. Ominosum & hoc
 fuerat: quòd paucis retrò mensibus,
 & ipsum cœlum horribili mugitu intonue-
 rat, & grando deciderat diro impetu,
 & fulgura visa fuerant, quæ mortalium
 oculos animosque summoperè perstrinxerant.
 Ac nos quidem tantò impensius
 lugere-

*Flu. Vr Sep-
 teMBER VBI,
 sVper astrâ
 reLatVs,
 CorporIs
 HabsbVrgVs
 fLebLe po-
 nit onVs.*

*Aventin.lib.
 7.annal.*

lugeremus Divi Cæsaris obitum: nisi in so-
 bole clarior ejus subinde effulsisset virtus.
 Lacedæmonijs tum Rempublicam tutari
 suam, finibus quoque dilatari contigit;
 cùm Regem nisi ex Herculis stirpe non
 haberent. Quid ego in comparatione
 de te, Rodulphe, quid de tua dicam
 progenie? Stetitne imperium, tot Cæsa-
 ribus ex stirpe tua in miraculum gentium
 prodeuntibus? floruitne Germania; cele-
 brantur ne regna ad immortalitatis glori-
 am; quæ tu sanguine quasi tuo per nepo-
 tes recreasti? O vigeant, valeant Heroum
 Heroës: sint incolumes, sint florentes, sint
 beati: ingrediantur per Justitiæ templum
 in Felicitatis illud æviternum. Tu verò
 beatissime Rodulphe, hanc nostram po-
 stremam accipe pietatem, qui neminem in
 terris à vultu tuo tristem dimisisti:

*Educantium
 filios laus est,
 de filiorum
 probitate lau-
 dari. Athala-
 ricus rex apud
 Casiod.lib. 8.*

*ζηλωτὸς ὅστις
 ἠτύχησεν εἰς
 τέκνον.
 Beatus est,
 beatus est qui
 in liberis.
 Eurip.in Ore-
 ste.*

*Honestissimū
 est, majorum
 vestigia sequi;
 si modò recto
 itinere praece-
 serint. Plin.
 lib. 5. ep. 8.*

*Prisca quis Herculeæ memoret miracula clavae,
 Geryonisve necem domiti, vel Thracia monstra,
 Vel gravidam colubris hydram? procul ito. RODULPHUS
 Ille est, quem varij victrix industria casus*

*Altiùs evexit; mundi quàm lactea candet
 Semita, & ignis fuos per calum colligit orbes.
 Hoc virtutis opus, procerum tot condere gentem,
 Tot regum sobole in cælo numerare profundo.
 O fruerè ambrosià, & divini nectaris haustu,
 Romani pater imperij, sanctiq; Senatus!
 Qui lapsam impavidus regnando restituit rem,
 Excipit hunc cælo simplex, sine nube, voluptas.*

FINIS



DN.

AD
 Nob. & Excelsum VIR.

DN. CASPAR. DORNAV.

Phil. & Med. in illustri SCHON AICHIANO
 PROFESSOR. ETHOPRAXIAS celeberr. & pro
 tempore RECTOR. DN. & Amicum veterem, nunc
 collegam honorand. cum suum RUDOLPHUM
 HABSBURG. publici juris secundò
 faceret.

HEROË hoc animæ est; Heröas Marte vel arte
 Insignes, Genij cultu æternare perenni,
 Et facta ac famam illorum describere verbis
 Planè divinis, & sic transmittere in ævi
 Vivacis seriem, sive illos ferreus urfit
 Somnus, seu vescuntur adhuc vitalibus auris.
 Atq; tuum hoc proprium est, DORN AVI, ò Palladis
 ingens

Magmentum, & Phæbi ac Musarum nobile sanguen.
 Nam non in trivijs hæres, cordatior Autor,
 Pullato aut circo, aut olidæ pædore culinæ:
 Sed caput ad cælos effers, atq; ore diserto,
 Virtutum, morumq; doces habitumq; modumq;
 Addis & ex quavis Scriptorum classe decentes
 Et verè ætherios flores, quos ipsamet Uxor
 CHLORIS amet ZEPHYRI, lætæq; per arva NAPÆÆ.
 Nec jejuna equidem nobis tu verba propinas,
 Aut aliquo adfectas quæ fors mulcere nidore
 Has possint aures: nec floribus illa coronas
 Nudis, pruritu quæ titillare potissint
 Plebejos animos, qui non nisi stulta sequuntur
 Bæotum sectæ deliria, lumine quiq;

M 3

Cen

Ceu per transennam, pæto, fastigia rerum
Perlustrant tantum, contenti furfure inani.
Mens tibi sed melior: nobis cum sanguine succum
Qui bonus instillas rerum & paulo altius ipsis
Insinuas oculos adytis Virtutis & Artis.
Dum veterum Heroum, dum viva exempla novorum,
Ducis in orchestram Mundi, Famæq; theatrum;
Et velut in speculo monstras, vitare quid æquum,
Aut quid nos deceat quovis imitarier Actu.
Hocne est illius, divinæ particulam auræ
Qui solers hausit, cuiq; è meliore metallo
Japetionides præcordia mascula finxit?
Ædepol Anticyris nullis sanabitur, ista
Qui negat, atque strabo livoris verberat ictu.
Ecce tibi exemplum, exemplo quod majus, & omni
Largius Historiæ textu, ex HABSPURGIDE gente
RUDOLPHUS PRIMUS, Cæsar summusq; Monarcha.
Quantus jò Cæsar! vexit quem Solis ab ortu,
Solis ad occasum felici Gloria curru,
Atq; togâ atq; Sago celebrem, primumq; parentem
Profapiæ AUSTRIACÆ, quæ nunc regit unica Mundū
Numine Cæsario Christjanum; quæq; paternum
A Sobole ad sobolem pòst est rectora tribunal.
O fatum ad votum Rudolphi Cæsaris! olim
Fronte Mathematicus, quod ei prædixit apertâ.
Principium fors tenve fuit? concedimus ultrò.
Nil subitò emergit magnum molimine primo.
Sed tamen implevit mensuram nominis ille,
Officii; sui, FRIDERICI in Cæsaris aulâ.
Antiquum & genus est, & Regum ab origine primâ
Diductum, magnos geniturum pòst quoq; Reges,

Et

Et Regum Reges. Annales erue priscos
Atq; novos, numerâq; mihi hoc ex stemmate Divos,
Induperatores unum & bis quinq; videbis.
Quis Reginarum porro? quis nomina Regum?
Archiducum enarret quis vires? quisve tiaras?
Omnia sunt hujus gentis sublimia regna,
Imperia, & fasces, diademata, sceptrâ, coronâ.

O præsit nobis æternum in temporis augmen,
Et prosit genus AUSTRIACUM! locupletius auram
Quæ stirps ad divam rapitur? moderamine quæ gens
Majori potuit Patrium componere mundum?
TITUS AMORMUNDI, Romanis dictus: at OT-

TO &

MAXIMUS ÆMILIUS Germanis, numine blando
Qui Mundi sceptrum, faciles rexere parentes.
Quilibet AUSTRIACA sed nunc mihi gente creatus
Jure bono dicetur *amor mundi*; aspice nobis
Cæsara MATHIAM: quis eò tibi blandior usquam
Vifus? MAXMILIANO itidem est humanior ecquis?
Sed ne longè abeam? reliquorum CAROLUS instar,
CAROLUS AUSTRIACUS, nostratis EPISCOPUS

orâ

Magnanimus, colitur: qui nos tam pectore leni
Allicit & comi, pater ut non mitior ullus,
Ducere ad obsequium sobolem præceptaq; possit.
Fallor an hoc mecum culto sermone profaris
Publicitus, cæliq; vehis super æthera tantæ
Virtutis strophium, DORNAVI? nempe Dynastas
Herõesq; istos tibi sic clarare statutum est.

Vivat DORNAVIVS! Gentem hanc ut porro Suädâ
Magnificare suâ, canere & præconia possit.

Vivat

Vivat & AUSTRIACÆ majestas stirpis, & aurea
Herõum soboles, nostros quæ vivit in usus
Et nos defendit contra hostica monstra, tyrannos.
Vivat at inprimis, cui mollia fata precatur
DORNAVIUS doctâ suadelæ voce, perennè
CAROLUS hic vivat, nostratis EPISCOPUS orâ:
Vivat jo, & vivat quoq; res SILESA sub illoq;

Devota mentis. ergo f.

*Balth. Exnerus de Hirschberga in
illustri Schönaichiano Historiar.
Professor Publ.*

S. Benigne Lector.

*In expungendis erratis, si lubet, ita versare. p. 8. v. 16. l. transferenda.
p. 15. v. 8. l. hortulanorum. p. 50. v. 5. l. in vicinia. p. 73. v. 16. l. miscere.
p. 75. v. 22. l. nasum. p. 87. v. 8. l. provocandam. Reliquas dictiuncula-
rum minutias facile quisvis observabit. Doleo tamen; me absente no-
tas Historicas cum axiomatis præcticiis nonnullibi esse confusas: qua
diverso margine erant discretæ. Imputet hoc lector simplicitati Ty-
pographi; sed Signoscat. V.*



CASPARIS DORNAVI
TOGATA NOBILITAS,
hoc est,


De vita & morte

GENEROSI ET MAGNIFICI
DN. CASPARIS
A METZERAD, IN MALSCHITZ
ET DOBERSCHITZ, SAC. CÆS. MAJEST.
A CONSILIIIS, ET SUPERIOR. MARCH.
LUSAT. PRAEFECTI
AMPLISS, mi

ORATIO PARENTALIS.

Accesserunt

Virorum Nobilium atq; Præ-
stantium Musæ collachrymantes.



BETHANIE,
TTPIS JOANNIS DORFFERI.